Isidorus Probat ysidorus i hoc ca. canones apostolorum esse recipiendos tribus rationib⁹ Primo q̄ plures eos receperūt Secdo q̄ sancti patres eorū sententias pfirmauerūt z eas inter canonicas pstitutiones posuerunt. Tercio q̄ positi sunt z inserti in breuiario in quo decreta diuersorū pciliorum posita sunt. qđ factū fuit a Clemēte vsq; ad Siluestrum Que autē sequuntur plana sunt.

¶. Bz dubitatur Probat gratianus q̄ sexta synodus canones fecit. et hoc probat p̄ sequentia.c.

Habeo Dicit in hoc.c. q̄ sexta synodus canones fecit que ꝯgregata fuit sub cōstantino imp̄atore. reprobans perfidiam hereticoꝝ quoꝝdā dicentiū xp̄m fuisse tm̄ opatum fm̄ opa humanitatis. vt comedere z ambulare. alia vero virtutis opa vt resuscitare mortuos. et ambulare sup aquas: fantastica fuerunt z non vera. Et hoc in prima parte. In scda parte que incipit ibi L Soluta J dicit q̄ hec sexta synod⁹ fuit postea ꝯgregata sub iustiniano filio ꝯstātini in qua idem plures patres eosdem canones ꝺiderunt qui primo fuerant ꝺiti in eadem sexta synodo In tertia parte q̄ incipit ibi L Eadē sancta J repetit fere ea que dicta erant in scda parte Casus sequentis. §. planus est

Quoniā sancte Dicit in hoc.c. q̄ quinta z sexta synodus non ita plene canones fecerūt sicut cetere synodi. et ideo sancti patres eiusdē sexte synodi ꝺuenerunt apud ꝯstantinopolim vt canones ꝺderent in eadem sexta synodo sub iustiniano ꝯgregata sup quo iam primo fuerat ꝯgregata. et dicitur q̄nta primo ꝯgregata sub iustiniano p̄pter maiorem autoritatez. q̄z in ea ꝯfirmati fuerunt canones facti sub ꝯstantino: que etiā sexta fuit. Sequētia.c. plana sunt vsq̄ ad.c. q̄ ꝺicitis

Quod dicitis Clerici constātinopol. ꝺicebant se non habere statuta ꝺcilij sardinensis vel sancto⁹ patꝝ nec recipe. sed papa redarguit eos dicens non esse facile credendū eos non habere statuta illa. cū publice penes eos facta fuerūt. et cū tota eccl̄ia ea recipiat. constantinopolitana ea recipere debet Casus sequentis.c. patet

Distinctio XVII.

Generalia Supra in di. xv. ca. i. et. xvi. c. sexta. ostensum est quo tpe generalia celebrata fuerūt. z quo⁹ autoritates ceteris p̄eminebant est similiter ostensum. In hac vero. xvij. di. oñt q̄ tm̄ autoritate se. apo. possunt ꝯgregari. Et hoc probat p. c. sequens.

Synodū Maxentius ep̄s volebat generalē synodū ad ꝺendū canones ꝯgregare. sed marcell⁹ ꝺicit q̄ non potest sine licentia pape. q̄us possit particularem synodum facere

Regula Orientales ep̄i facti heretici multas fecerūt facto ꝺcilio ꝯstitutiones. cui ꝺcilio nec papa nec eius legatus interfuit. Et ideo iuli⁹ papa ꝺicit illud nullas vires habere: vel q̄ō in eo est statutū. Et hoc probat autoritate canonū ꝺcentiū ꝺcilia sine autoritate se. ap. fieri non debere. Casus sequētis.c. patꝝ

Nec licuit Celebrato concilio ānto apud ꝯstantinopolim: ep̄i venetie: hystrie z ligurie volētes recipe statuta illi⁹ ꝺcilij: ꝺuenerūt ad examinandū an illa statuta essent bona vel māla. Cōtra quos inuehit greg⁹. dicēs q̄ si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodē ꝺcilio mittere debebant ad se. ap. Si vero fuerint ꝺtumaces ab eccl̄ia sunt coherendi. et si p̄ eccl̄iam non possunt. p̄ secularē debent o p̄rimi potestatez

Multis Hoc.c. diuidit in duas partes. In prima pte ꝺicit q̄ ꝯstantinopolitani ep̄i celebrauerunt ꝺcilū ad vocationem iohānis qui tūc erat patriarcha. q̄ō factum fuit absq̄ se. apo. licentia. quare papa ꝺcilium illud euacuat z cassat: z quicquid in eo fuit constitutū. Et prohibet ne de cetero talia fiant In secūda parte que incipit ibi L Si vero J dicit q̄ si ep̄i ceperūt sup aliquo discrepare negotio: referat q̄stio ad sedē archiep̄i vel p̄triarche. et si ibi non potest terminari reseruet ad synodum ep̄oꝝ. difficiliores vero questiōes ad se. aplicam reseruantur

Concilia Quidam ep̄i singulis annis sine sede aplica ꝺcilia faciebāt. q̄re symach⁹ papa ea cassat cum non inueniat aliquid ꝯstitutuꝝ sine autoritate sedis apo. imo semper ei maiora negotia reseruantur

¶ Hinc Iste. §. diuidit in duas ptes. In prima pte dr q symachus papa erat de quibusdã criminib⁹ diffamatus. Uñ theodericus rex veniens romã ꝯciluz ꝯgregauit vt examinarentur ea que obijciebant pape. Tunc surgentes epi ligurie r emilie r venetie dixerũt impatorí. ad hoc benigne rndit omnia esse in potestate synodi: ꝯmittens negociũ autozitati pontificũ: dummõ pax in ciuitate romana seruetur. In secunda pte que incipit ibi Epi vero dr q epi ibi ꝯgregati autozitate eiusdẽ symachi interuenientẽ absoluerũt ip̃m ab humano iudicio a solo deo iudicãdum: r restituendos dericos qui recesserãt a symacho papa in suis officijs decreuerũt dummõ primo symacho satisfaciant. Cui statuto primo subscripsit Laurentius epus ecclesie mediolanen. scdo rauennas r postea. lxxv. epi. Omnia que postea sequunt plana sunt vsq; ad dist.

Distinctio XVIII.

Episcopoz Dictũ est ꝺ eo ñsum q epi non ñt celebrare ꝯcilia sine licentia romane sedis in quib⁹ aliquid generaliter diffiniant vel statuant: ad correctõz tñ ꝯcilia celebrare r indicere que iam statuta sunt generaliter vel specialiter ñt

De ꝯcilijs In hoc. ca. statuit leo vt cõcilia epoz fiant bis in anno: r ibi clericoz qõnes diriman̄t: r si ibi dirimi non ñt: referantur ad primatẽ. r si nec ibi poterunt terminari: ad se. a po. referan̄t. Casus aũt trium sequẽtium ca. plani sunt

Peruenit Quidã erant epi qui ꝯcilia nõ celebrabãt. qõ apparebat ex eo q correctione egebant multe res eccliastice que iã neglecte fuerant Quare statutũ fuit in synodo vt bis in anno epoz ꝯcilia celebrentur ad correctõnem eoz q̃ fuerunt emendãda. Statuit etiã q oẽs epi prouincie interssint: nisi necessitate aliq excusent: alioquin corripiant.

Quoniã quidẽ Hoc. ca. diuidit in duas ptes. In prima pte dr q antiqua regula precipiebat synodum bis in anno celebrari. Sed qr hoc difficile erat. ideo sexta synod⁹ statuit semel in anno fieri. princeps vero qui hoc prohibuerit excõicetur. et metropolitan⁹ qui ꝯciliũ neglexerit celebrare canonice punie. In scda parte que incipit ibi Dum aũt dicit q donec synodus agitur epi debent esse intenti diuinis mandatis. et q metropolitan⁹ non habeat licẽtiã petẽdi aliquid ab epis veniẽtib⁹ ad synodũ et si quiet⁹ fuerit aliqd exegisse in q̃druplz restituet.

De eulogijs Querebat quidam epus a papa vtr pbri tempore synodi deberent afferre eulogias id ẽ munuscula epis. Et respõdet papa nil se inuenisse a maioribus diffinitum. sed est in arbitrio cuiuslibet pbri q̃ voluerit exhibere. Nam si diffinitũ esset aliquid tempore synodi a pbris dandum: minus libenter venirent ad synodum. Unde eulogie ab aliquo peti nõ debent. nec delatere spui.

Epũs Dicitur hic q epus vocatus debet ire ad synoduz: nisi gravi necessitate fuerit impeditus: et tunc mittat pro se legatum qui suscipiat que in synodo statuentur

Placuit Dicitur in hoc. c. q epi nisi fuerint impediti semper debent ad synodum ire. et si ire non potuerint suas excusationes in litteris mittãt qõ si neglexerint ad primatem mittere a cõmunione fratruz priuent̄: et ecclia sua tñ sint ꝑtenti. Idem fere est casus triuz. ca. sequentiũ et per te videbis. Addit tñ ibi q priuant̄ ꝯmunione fratrum vsq; ad sequentem synodum

Propter ecclesiasticas Dicitur in hoc c. q metropolitan⁹ bis in anno debet ꝯciliũ ꝯgregare oẽs epos prouincie ꝯuocãdo. ad qõ etiã ꝯuenire debent sacerdotes vel diaconi: vel omnes qui seleos existimant. et qui in aliquo delicto inuenti fuerint fm rõnem excõicentur. In fine. c. dicit q nullus epus potest ꝯciliuz celebrare: nisi fuerit metropolitanus.

Decernimus In hoc.ca. dicit q epūs postq̄ redierit a concilio archiepi infra sex menses debet omnes suos subditos cōuocare et eis indicare que sint in synodo acta. qđ si non fecerit duobus mensib⁹ excōicet.

Distinctio .XIX.

De epistolis Sup̄ tractauit gratianus de auctoritate canonum ⁊ ꝯstitutionibus sanctoꝝ in distinctiōe. xv. In hac vero .xix. dist. tractat de epl'is que emanant a papa. et ostendit q decretales epl'e eandem vim habēt ⁊ auctoritatē quā et canones. et hoc per sequentia. c. patet

Si romanoꝝ Hoc.c. diuiditur in tres partes. In prima parte nicolaus reprehēdit quosdam qui nolebāt recipe decretales epl'as. quia in corpore canonuꝫ qđ ysidor⁹ fecit non habent inserte. Et facit hoc nicolaus trib⁹ rōnibus. Prima est q cum papa p̄stet auctoritoritatem opusculis aliorum: multo fortius suis. Secūda rō est quia ipsi recipiunt eas cū pro se faciunt. et cū cōtra eos faciunt recipe debent Tertia rō est si ideo non admittunt eas. quia in corpore canonū non habentur. ergo eadez rōne nō debēt admitti scripture beati gregorij ⁊ aliorꝝ multoꝝ qui ante ipsum ⁊ post ipm fuerunt. nec nouū et vetus testamentū in corpore canonū non inuenīūtur Prima rō est in principio. c. Secūda incipit ibi Lcum ipi. Itez L Si ideo. In scōa parte que incipit ibi L Si responsuri sunt. continet respōsio illoꝝ dicentiū q etsi nouū et vetus testamētum in corpore canonū inueniat: tñ ea admittimus. q⁹ vnum. c. innocentij vtrūq; testamentū approbat: et dicit esse recipiendū etsi nullū eoꝝ in corpore canonū sit insertū. Quib⁹ nicolaus respondet dicens q eadē rōne debent recipe decretales epl'as. quia vnū. c. leonis pape precipit oēs decretales epl'as custodiri: vt si quis in illas cōmiserit puniat. et ad hoc inducit. c. gelasij In tertia parte que incipit ibi L his ita. Concludit ex supradicto decreto tales epl'as sicut canones esse recipiendas: breuiter recapitulando supradicta. Casus sequentis. c. planus est.

In memoriā Hoc.c. diuidit in duas partes. In prima dicit q romana ecclesia ob reuerentiā beati petri intantū debet honorari vt si etiam vix ferendū precipiat: tñ tolerari debet In secūda parte q incipit ibi L Si vero. dicit q si quis pbr vel diacon⁹ arguat ab apl'ica sede falsam epl'az detulisse licentia sit epi tenere ⁊ in carcerem vel alia custodiā donec ꝯsulat papaz p lras vel legatos quid de hoc voluerit diffinire vt is corrigat ⁊ certus modus imponat Casus autem sequentis. c. planus est

Nulli Quidaz erant epi erigentes calcaneū ꝯtra romanā ecclesiam et nolentes sedis apl'ice precepta obseruare. sed grego. eos reprehēdit: ⁊ hortatur eosdem ne ab eccl'ia romana recedant: alioqn deponent: et eoꝝ sententie inutiles erūt quia qnto maiora eis ꝯmittūtur: tāto magis puniri debent

In canonicis Hoc.c. dividit in duas partes In prima parte dicit q bon⁹ indagator diuinaꝝ scripturaꝝ debet seq̄ auctoritatem catholicaꝝ ecclesiaꝝ in scripturis recipiendis ⁊ preponendis inter quas scripturas preponendas erunt scripture sedis apl'ice In scōa parte q incipit ibi L tenebit ergo. dicit q ille scripture que recipiuntur ab omnib⁹ sunt preponende illis quas non recipiunt q̄dam. inter illas vero q̄ non recipiūtur ab omnib⁹ preponēdas eas q̄s plures ⁊ graviores recipiūt eis quas pauciores ⁊ minoris auctoritatis recipiūt. sed si alie a graviorib⁹ alie a pluribus recipiantur: equalis erunt auctoritatis. licet hoc de facili inueniri non possit

Ita domin⁹ Quidā epi contra ec.ro. erigebant ceruicem ei obedire nolentes: nec volebant sequi doctrinaz quā a veteribus receperūt: ꝯtra quos inuehit leo probans q ab ec.ro. non debent recedere: que ita est cōfirmata a dño ⁊ corroborata in petri solidita te q̄ temeritas hominum nec porte inferi aduersus eam prevalebunt. Ostendit etiā

qa principio sic voluit dñs euangelicam predicatiõem ab aplis ꝛ alijs predicatorũ bus ꝙ vniuersum orbẽ diffundi. vt petrus cuius vice papa fungi esset quasi qõdam caput illius predicatõis. ꝛ quicunq; a petri soliditate recedere voluerit deponat.

¶ Hoc aũt Dictũ ꝛ pbatum ẽ ꝫ q decretales epistole vim habent autoritatis qõ verum est sicut dicit grãnus de decretalibus que decretis patꝝ ꝛ scripturis euangelicis nõ cõtradicunt. Vñ qz anastasius papa fauore anastasij imperatoris ordinatos ab achatio hereticodecreuit rite ꝛ de iure ꝯmuni posse suis officijs fungi: ideo ro. ec. eius decretum repudiauit.

Hcõm Achatius hereticus baptizauit ꝛ ordinauit mltos tempe sue hereseos: quos dicebant quidam non posse exequi. quare anastasius imperator de hoc dubitãs quesiuit a papa. qui rñdit eos posse de iure ꝯmuni suis officijs fũgi. nec per maliciã achatij ledi pñt. Nã baptismata ꝛ ordines a malo collata per ipsius maliciã non impediũt. Et ꝓbatur hoc vi. rõnibus. Prima rõ est. qz in sacramentꝫ virtus xpi operatur que omnẽ maculam repellit. Hcõa est de radijs solis: qui etsi trãseant ꝑ loca fetida: tñ non coinquinantur. Idem est de sacris per malos ministratis Tercia est de iuda: qui licet malus fuisset: multa tñ fecit que rata sunt habita. Quarta est de autoritate dñi qui precepit verba scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ seruanda ꝛ implenda Quinta rõ est ꝙ omne bonũ a quocunq; fiat fit a deo. Sexta rõ est. qz in sacris non est attendendũ qualis vel quis ꝯferat: sed quid ꝯferat. qz incrementũ solus deus prebet. ꝛ neq; qui plantat neq; qui rigat est aliquid: sed qui incrementum dat. Postea concludit ex supradictis ꝙ sacramenta eius seruari debent.

¶ Quia ergo Cõcludit gratianus ex supdictis ꝛ dicit ꝙ quia Anastasius ita decreuit: ideo Felix ꝛ Gelasius ꝛ Symmacha cum excommunicauerunt: sed Achatium priꝰ.

Anastasi⁹ Fotinus dyaconus thessalonen. ꝯmunicauit achatio in heresi. Post mortem vero achatij anastasi⁹ papa ꝯmunicauit fotino siue ꝯcilio clericoꝝ. ꝛ occulte voluit reuocare achatium defunctum in heresi: vt orationes pro eo in ecclesia fierẽt. ꝛ ideo multi clerici recesserunt ab obedientia eius: ꝛ lepra percussus est Casus aũt sequentis. ¶. planus est.

Distinctio XX.

Decretales Supra ostendit gratian⁹ decretales epistolas parem vim habere cum canonibus conciliorum. In hac vero. xx. distinctione querit an expositiones sanctorum patrum exequantur canonibus et decretalibus. quia maioris autoritatis videntur: cum pleniori gratia spũs sancti ea precellant. Unde expositiones augustini. iheronimi ꝛ alioꝝ videntur preponenda statutis pontificum: ꝛ hoc in prima parte. In secunda parte que incipit ibi ¶ Sed aliud Ostendit gratianus et dicit ꝙ in negocijs diffiniendis non solum necãria est scia: sed etiam ptãs. qõ significatur ꝑ claues quas xps tradidit petro. in quaꝝ altera denotat scia discernendi inter lepraꝫ ꝛ lepraꝫ. in altera vero notat ptãs soluendi ꝛ ligandi. Cum ergo in causis diffiniendis necessaria sit potestas: apparet ꝙ põtifices expositoribus preferũtur. ꝛ hoc probatur persequentia.

De libellis Epi britannie iudicabant cãs tñ fm expositões aug⁹. ꝛ ihero. ꝛ alioꝝ: ponentes canones ꝯcilioꝝ ꝛ decreta pontificum: quos leo redarguit ostendẽs ꝙ in causis diffiniendis primo recurrendus est ad canones conciliorum: ꝛ ad decreta vel decretales pontificum. Secundo ad sanctorum expositiones. sciliz iheronimi ꝛ augustini ꝛ aliorum sanctorum: in quibus si veritas non reperiatur: tunc recurrendum est ad sedem apostolicaꝫ: cuius statuta qui non recipit hereticus esse iudicat. Hequens autem capitulum planum est: ꝛ ꝙ te videbis.

De quibus Quidã quesiuie si aliqua dubita// tio emergat in solutione alicuius questiõis ad quas scripturas poti⁹ sit recurrendum. Et dicit in hoc.c. q̃ iste ordo seruand⁹ est. primo eñ recurritur ad vetus ꝛ ad nouum testamentũ ꝛ ad scripturas apl̃oꝝ. et si in illis non appareat quid sit faciendum: ad gre coꝝ scripturas recurrendum est. postea ad gesta ꝯciliorꝝ ꝛ pontificũ. deinde ad sacro// rum expositiones. vltimo ad seniores. Hic beneuenta. posuit casum. Hugo sic dicit q̃ primũ locum obtinent vetus ꝛ nouũ testa// mentũ. scõm canones apl̃oꝝ ꝛ ꝯciliorum. tertium decreta ꝛ decretales epl̃e romano rũ pontificum. quartum scripta greca. q̃n// tum dẽa sanctorũ patrum latinoꝝ. vltimũ exempla sanctoꝝ patrum. deinde ad senio res est recurrendum. tu aũt pone fm q̃ lit// tera iacet

Distinctio .xxi.

Decretis Supra actum est de decretis ꝛ canonibus ꝯciliorꝝ quibus nego// tia dirimũtur. In hac vero. xxi. di. agit gra tianus de ministris ecclesie ꝛ sacroꝝ cano// nũ. et dicit q̃ sunt summi pontifices ꝛ ꝯsu// les infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In scõa parte que incipit ibi L Summi etem] dicit q̃ summi pontifices ꝛ minores a dño p moysen sunt instituti. siue in veteri testamento qui vnxit aaron in summũ pontificez ꝛ filios eius in minores sacerdotes ꝛ leuitas. Dauid instí tuit cantores ꝛ ianitores. salomon exorci// stas. et hec ordo in nouo testamento ecẽa imi tatur. Habet eñ ostiarios et lectores p ia// nitoribus ꝛ habet exorcistas. pro filijs ve// ro aaron habet omnes positos infra sum// mũ pontificem: pro quo summo pontifice ponit papa. In tertia parte que incipit ibi L Inter hos] dicit q̃ inter istos est discre// tio seruanda. Nam alij appellant simplici// ter sacerdotes cẽ. et hec discretio incepit a paganis qui habebãt flamines ꝛ archifla// mines. Similiter in nouo testamento ince pit a xpo qui pet̃ in summũ sacerdotẽ con// stituit. xij. apl̃os maiores sacerdotes. lxxij. discipulos minores. Sed nũc loco petri est papa. loco. xij. apl̃oꝝ epi. loco. lxxij. di// scipuloꝝ sunt archipbi. leuitas vero statu erunt apl̃i. ecclia vero diacones ꝛ acolitos sibi constituit.

Cleros Hoc.c. diuidit in tres par tes. In prima ostendit ysi dorus quo nomine generaliter ministri ec clesie vocentur. et dicit q̃ generaliter clerici vocant. et dicit quare sic vocent. et ponit nomina ꝛ numeꝝ ministroꝝ. In scõa par// te que incipit ibi L Ordo epoꝝ] facit qua drimembrem diuisionez huius nois epi. ꝛ ponit etimologiam eoꝝ que sub diuisiõe illa ꝯtinẽtur. In tertia parte que incipit ibi L Pontifex princeps sacerdotũ] ponit offi cia singuloꝝ ordinum: interserendo inter// pretationes eoꝝ

In nouo testamẽto

In hoc.c. oñt anacle⁹ q̃ primus sacerdos post xp̃m fuit petr⁹ cui data est potestas li// gandi atq; soluendi. ceteri vero apl̃i qui cũ eo parem honorẽ assecuti sunt ip̃m in prin cipẽ elegerũt. loco quoꝝ sunt pbi in eccl̃ia et qui hos recipit xp̃m recipit. ꝛ q̃ hos sper nit xp̃m spernit: ꝛ ab eo spernetur

Quãuis Dicit in hoc.c. q̃ eccl̃ia romana caput est alia// rum eccl̃iaꝝ ꝛ q̃ prefertur alijs. Et hoc p ba ꝯ duabus rõnib⁹. Prima est q̃ xp̃us de// dit ei primatũ et auctoritatem voce sua di// cens. Tu es petr⁹ et sup̃ cẽ. Scõa est quia petr⁹ et paulus vna die gloriosa morte in vrbe romana sub cesare nerone coronati ec clesiam romanã ꝯsecrauerũt ꝛ eam alijs sui presentia pretulerũt. Et ostendit hic quis minister presit alijs. vnde bñ. facit ad pro// positum gratiani

§. In his oĩb⁹ Dicit grati an⁹ i hoc.§. his oĩb⁹ ordinib⁹ vel ordinandis de quib⁹ fit mentio in illo.c. cleros. scz quãto grad⁹ est celsior: tãto maior est auctoritas in ma ioribus et regendi potestas: in minoribus ob// sequendi necẽtas. et hoc probat p sequẽtia.

Inferioꝝ Omnia ca. vsq; ad fi nẽ distꝝ. loquũtur de

ignatio ꝯstantinopol. patriarcha qui fuit depositus a suis suffraganeis autoritate et fauore michaelis impatoris. ꝯtra quos inuehit nicolaꝰ papa multis modis Dicitur ergo in hoc ca. q suffraganei ignatiũ deponere non potuerũt. qz inferior sedes nõ potest superiorem absolvere vel ligare. Et hoc ꝓbatur autoritate ysaie dicentis. Numqd gloriabit securis ꝯtra eum qui secat cũ ea. aut serra ꝯtra eum exaltabit qui trahit eã. z ita apparet q minor non potest iudicare maiorem.

Nolite Clerici ꝯstantinopol. obiiciebant Nicolao pape q vellet defendere ignatiuz in malo. quibus nicolaus rñdet dicens se nolle eum in malo defendere: sed vult q filij sint deuoti patri spirituali: z discipli magistro: ita vt eos nullo modo iudicent: sed nec etiam reprehendant.

Deniqz Probat nicolaꝰ in hoc cap. q maiores possunt iudicare minores z benedicere: sed nõ econtra. Et hoc ꝓbat exemplo melchisedech q sicut legit in epla ad hebreos benedixit minori scz abrahe. Similiter hoc ꝓbat ꝯsuetudine ecclesie. qz nunq̃ maior legens lectionem benedicit a minori. Unde ptz q maiores possunt iudicare minores: cuz ab eis benedici non possint.

Nũc aũt Probat Nicolaus in hoc ca. q subditi non possunt iudicare prelatos. z hoc facit duobus exemplis. scz marcellini pape: qui licet ꝯfessus fuisset in synodo epoꝝ se a paganis ꝯpulsum grana thuris dyabolo immolasse: nullus tñ epoꝝ ausus fuit eum iudicare: sed omnes dixerunt. exore tuo iudica te ipsum. qz prima sedes non mutabit a quoq̃. Et exemplo syxti pape: cui in concilio vbi valẽtinianus imperator interfuit multa obiicerent: tribuit ei imperator potestatẽ iudicandi seipsum: cũ ipe non sit subiectus iudicio munoꝝ.

Submittitur Probat nicola. in hoc ca. q ignatius non potuit deponi a subditis. qz canones z exempla sanctoꝝ patrum precipiunt semp esse recurrendum ad maiorem sedem in causis eporum. qõ non solum a catholicis: sed etiam ab ipsis hereticis obseruat. z qz etiam clericus a solo epo iudicari non pt. nisi dñs papa interesit vbi eps iudicat: acephalũ erit tale ꝯcilium.

Intantũ Dyoscorus in tribus deliquit. qz scz q regez fuit intronizatus in ecclesia ꝯstantinopolitana: vnde multi clerici recesserunt ab eo Item qz factus fuit hereticꝰ ꝓst hec duo. delicta ausus fuit excoicare papam leonẽ. Unde sancti patres apud Calcedonã congregati ipsum damnauerũt: non tm̃ de hereſi: sed etiam qz ausus fuit illum maiorem excommunicare.

Distinctio XXII.

Via ergo Dictum est s q maior a minori iudicari non pt. In hac vero. xxij. dist. videndũ est que dicat prima sedes. que scda. z que tercia. z quidẽ primuz locum obtinet romana ecclesia. alexandrina secundũ. antiochena terciũ. z hoc ꝓbat gratianus ꝑ sequentia.

Dẽs Mediolanenses nolebant romanam ecclesiaz sequi. nec ei reuerentiam exhibere. sed nicolaus papa. probat q ecclesia romana omnibus est prelata z omnes alias instituit Et hoc ꝓbat duobus modis. Primo qz illud verbum per qõ celum z terra z cetera elementa sunt creata: dedit petro potestatem celestis z terreni impij. vnde qui priuilegijs ro. ec. detrahit hereticus est. qui vero alijs iuusticiam facit Scdo probat exemplo ambrosij qui ꝯfessus est in omnibus se velle sequi romanam ecclesiam.

Sacrosancta Capituluz hoc diuidi tur in tres partes. In prima parte probat romanam ecclesiam primam esse siue priorem z alijs preferri. Et hoc ostenditur tribus modis. Primo autoritate christi dicẽtis. Tu es petrus zc. Secundo in gloriosa morte petri z pauli qui romanã ecclesiaz ꝯsecrauerunt: z eam alijs sui pñtia pretulerunt Tercio speciali oõe facta ꝑ romanis

In secunda parte que incipit ibi L Prima ergo dicit q̄ prima sedes est romana. scōa alexandrina. tertia anthiochena In tertia parte q̄ incipit ibi L Post pauca discretio fuit inter petrū et alios apostolos que hodie est inter papā et alios epōs. Hoc etiaz fuit in veteri testamento. vñ moyses et aaron ceteris prefuerūt sacerdotib⁹ Casus aūt sequentis. §. et. c. p̄ se patet

De ꝯstātinopolita.

Dicit gre. in hoc. c. q̄ nullus debz dubitare ꝯstantinopolitanā eccl'iam esse rome subiectā. et tñ si quid boni habet ipsa vel alia eccl'esia libenter sumere ab ea paratus est. qz stultus et. Nā cū ꝯstantinopolitan⁹ epūs ꝯfiteat eā esse subiectā romane eccl'e: null⁹ de hoc dubitare debet

Qua traditōe

Achati⁹ et ꝯstantinopolitan⁹ p̄triarcha cū esset in hereſi excōicauit alexandrinuz et antiochenū p̄triarchas: et eos a suis sedibus fecit et pelli. qz sibi nō fauebāt in suo errore. quare gelasius papa nulla synodo ꝯgregata excōicauit achatiū et ꝯstantinopolitanos eiq̄s fauentes. qz inciderant in hereſim iam damnatā. Achatius vero et ꝯstantinopolitani ꝯquerētes dicebant papā nō debuisse eos excōicasse nisi in synodo ꝯgregata. et sic volebat cogere papā ꝯgregare ꝯcilīū vt de suo facto iteruz cognosceret in synodo. et hoc intēdebat p̄bare auctoritate quorūdam canonū quos fallaciter inducebat. Sed gelasius contra eos dicit q̄ iustissime sunt damnati cuz illi iniuste ꝯdemnauerunt alexandrinū et antiochenū p̄triarchas. nec auctoritates quas allegant eos defendere possunt. Capl'a q̄ sequūtur cū. §. plana sunt vsq̄ ad finē di.

Distinctio .XXIII.

Breuiter

Supō ostēsum est q̄ dīa sit inter officia eccl'iastica et ministros eccl'e in illo. c. cleros. In hac vero. tertij. di. ostēdit qualiter q̄sq̄ debet ordinari a summo vsq̄ ad vltimum gradum

In noīe dñi

Hoc. c. diuidit in tres partes. In p̄ma parte ponunt verba notarij In scōa parte que incipit ibi L Mouit btūtudo dicit nicola⁹ q̄ mortuo stephano papa eccl'esia multas passa fuit tribulatiōes et iniurias. et ideo volens futuris casib⁹ p̄uidere statuit vt quotiens mortuo papa electio de successore ei⁹ imminet facienda ꝯuenire debēt cardinales euocādo q̄ euocādi sunt qui debent eligere vnū de seipīs si ibi idoneū inueniāt. alioq̄n de alia eccl'ia eligāt: et ꝯsecrabit a cardinalibus sicut archiepūs suis ꝯsecrant et cōfirmant epōs. et hec electio fiat in ciuitate romana: vel alibi in necessitate. et ex sola electione habeat potestatē disponendi de reb⁹ eccl'ie et ordinandi romanam eccl'iam si intronizari nō p̄t. In tertia p̄te q̄ incipit ibi L Si q̄s cōtra hoc male dicit ei q̄ p̄tra hoc decretū fuerit ordinat⁹ cū suis fautoribus: pena depositiōis adiūcta. et benedicit oībus obseruatoribus. Et nota q̄ ab illo ꝯbo nouit btūtudo vsq̄ ī finē sunt verba nicolai Casus. §. sequētis per se patet

Qui epūs

In hoc. c. ostēdit q̄ ab electo in epm et ꝯfirmato sint q̄renda tpe ꝯsecratiōis. in q̄bus si inueniāt instruct⁹ ab oīb⁹ epīs ꝯsecret p̄ūte archiepo vel auctoritatē p̄stante.

His ergo

In hoc. c. oñt ysidorus q̄liter clerici debeant viuere. et q̄ vitare: et q̄ obseruare debent vt doctrine grām possint populis ministrare.

Tales

Quidam episcopi multitudinis ordinatoruz pompam querentes promouebant indignos. quos papa reprehendit dicens. q̄ melius est habere paucos et bonos q̄ multos et inutiles: qui graue onus ordinatori afferant.

Illud

Quidam epī conueniunt ad episcopum consecranduz in scrutinio. contradicunt quidaz ne consecretur: ei crimina obijcientes. deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationez propter infamiaz. querebatur per quot vel vbi debeat fieri purgatio. Et respondet q̄ non tm̄ cum tribus: sed cum quinq̄z vel sex debet se purgare. et debet fieri purgatio co

ram plebe cui ipse est preferendus: ꝛ facta purgatione ordinari debet. ꝓ ōt ꝛ alio mō poni casus. Quidam epi ꝛuenerunt ad ꝓse crandum epm. ⁊ tradicak ei. non debet ordi nari nisi de causa cognoscak. sed de causa il la cū sit criminalis non dūt ꝯgnoscere pau ciores q̄z sex epi. ꝛ si tres ꝛueniant addātur tres. si q̄tuor addank duo. ꝛ tunc si accusa tor deficiat: ille se purget publice: ꝛ postea ordinetur.

Quamquā Quesituz fuit in ꝛcilio toletañ an clerici qui ꝓmouenk ad ordines ꝛ prelatu ras ꝓmittere debeant suis maiorib⁹ viuere iuxta fidem catholicam: ꝛ eis reuerentiā ꝛ obedientiaz prestare. Et rñdet q̄ q̄uis ad hoc teneank generaliꝛ: tñ ab eis hoc exigik expresse. Solet em̄ plus timeri rē. ꝛ q̄ ⁊ tra hoc ꝓmissum venerit: iuxta ꝛsuetudinē pe nam ꝓsoluat.

§. Dehinc Supra oñsum est de electōe ꝛ ordina tione pape ꝛ de examinatōe epōrum ꝛ qua les esse debeant epi ꝛ alij clerici. Nunc vero oñdit qualiter debeat fieri ordinatō primo epi ꝛ postea ceteroꝝ.

Epūs Nñ ordinatur epus duo epi debent tenere libꝝ euangeli oꝝ sup caput ordinandi. tercius super euz fundat benedictōem. reliqui epi qui assunt caput eius tangant. Casus sequentz ca. ꝛ. §. per se planus est.

Ecciastica Quidaz epi vel sa sacerdotes cū can tabant missam non habebant ozariū. i. sto lam. quesitū fuit in ꝛcilio brachareñ. quid iuris esset. Et rñdet q̄ sicut in die sue ordi nationis hūerunt ozariū: sic cū missam can tant ozariū teneant: q̄ ō vtriq; humero ar tribuak. ꝛ qui aliter fecerit debet excoīcari. Sequens. §. ptz.

Coīs filius Epi et archidya cones oli dalmati cis non vtebank nisi papa eis ꝛcederet spe cialiter. quare eregius epus supplicauit pa pe per petꝝ dyaconem vt ꝛcederet sibi ꝛ ar chidyacono suo vsum dalmaticaꝝ. sz tunc temp⁹ papa non ꝛcessit. q̄ petrus nunc⁹ epi cito recessit. ꝓter infirmitatem suoꝝ hoim. ꝛ q̄ multis implicitus negocijs erat illud nouum subito ꝛ inconsulte sibi ꝛcede re non potuit. nunc vero ꝛcedit eis primile giū vtendi dalmaticis: ꝛ eas ꝓ cyriacū ab batem sibi transmittit. Nō sequik planum est vsq; ad ca. preterea.

Preterea Bituricen. archiep⁹ q̄siuit a papa an ma nus pbr̄is tm̄ debent vngi crismate: an eti am pbr̄is ꝛ dyaconibus q̄ ordinank. Et respōdet papa q̄ neutris debet hoc fieri: sz transmittit eum ad decreta innocentij: vbi in prima pagina ad decentium episcopum missa inuenīet que sunt in ꝛsecrationib⁹ ob seruanda.

Quozundā Unus in pbr̄m: duo in leuitas, p mouere volebant. epus aūt cum pateret in firmitatem oculoꝝ manum sup caput ordi nandoꝝ imposuit: ꝛ pbr̄ quidam oratione dixit. querebak quid deberet fieri de epo et de ordinatis. Et rñdet vt epus qui defun ct⁹ est relinquak diuino examini. ordinati ꝯo careāt ordine quē ꝙuerse acq̄siuerūt Casus aūt alij qui sequunk vsq; ad finē di. plani sunt: ꝛ p te facile videbis.

Distinctio XXIIII.

Qualis Supra dictuz est qualiter episcopus sit examinandus ꝛ qualiter ipse sit ordinandus In hac vero. ptij. distinctōe queritur de sacerdotibus ꝛ reliquis clericz an sine examinatione sint promouendi Et pbat Gratianus autozitate pauli q̄ exami nandi sunt dicentis Manum cito nemini imposueris. ꝛ nihil sine preiudicō facias. i. precedente iudicio. i. sine preexaminatione Idem probak per sequentia. ꝛ casus primi ca. per se patet.

Presbiteri Uacante stomen si ecclesia: defecit sa cerdos in ecclesia beati Eleutherij marty ris. ꝛ cuz illa ecclesia ipso indigeret nec erat episcopus qui eum ordinaret: clerici Stro mensis ciuitatis supplicauerūt pape vt pre ciperet Celestino episcopo: quatenus no mine visitatoris tm̄: ꝛ non tanq̄ proprius

epūs ordinaret in prefata ecclesia iulianuz pbz̄m diaconez in locū deficientis pbz̄i ele ctū. Precipit ergo papa epō celestino vt iu lianū diaconem promoueat in pbz̄m in p̄ dicta ecia tm̄ nomine visitatoris. et felicissi mū in locū iuliani substituat diaconem: vt ecclia illa nec sacerdote indigeat nec mini stro. Casus sequentis. c. r. §. patet.

Quādo Dicit in hoc. c. q̄ in feria quarta āte sabbatū ordi nationis archipbz̄i r sacerdotes debent p̄ sentare ordinandos in ciuitate. tunc epūs ad examinationem illoz trib⁹ dieb⁹ ptinu is faciendā: debet eligere viros prudentes qui diligenter de vita r statu eoz inquirāt. et illi quibus hoc ꝯmittitur sint tales q̄ gra tia vel pecunia non corrumpant. qō si fece rint deponant r promoti repelluntur.

§. Alias Dictū est supra q̄ clerici collaterales epi. debēt probare r examinare ordinandos. r ordi nandi debent esse probati populi testimo nio. Hunc vero dicitur q̄ si neutrum istoz interueniat episcopus non debet presume re facere ordinationem. Casus sequētis ca. cum. §. patet

Si quis Tres casus in. c. ptinē tur. Primus est q̄ si q̄s pbz̄ vel diaconus sine examinatione fuerit ordinatus debet deponi Secundus est quia si examinatur r cōfitetur crimina sua in examinatione. debet repelli r non pro moueri Tertius si examinatur r non p̄fi tetur crimina sua. si postea inde ꝯuincatur debet deponi. Idem est dicendum de cete ris clericis inferioribus

Distinctio XXV.

Quod nullus Su pra o stensum est de examinatiōe clerico rū. In hac vero. xxv. dist. ostendit quid ad epm r q̄d ad alios inferiores ptinet. et hoc probat p̄ sequentia. ca. Et postea interserit regulam ap̄li. Oportet epm esse sine crimi ne. rc̄. Et eius occasione ponit significatio nes huius nominis crimen.

Perlectis Hoc. c. diuiditur in duas partes In pri ma parte ostendit ysidorus que officia pti neant ad singulos ordines. In scā parte que incipit ibi Ibi sunt ordines Iostendit q̄ quor dignitates debent esse sub epō in ec clesia maiori. scz archidiaconus: archipbz̄: primicerius: r thezaurarius. et que ad epi scopos ptineant. et quibus preponant. qō sequit vsq; ad. §. Hunc aūt

§. Hūc aūt Ostenso qualiter in quolibet ordi ne sint examinandi clerici r ordinādi. Hūc gratain⁹ breuiter vsq; xij. cām tractat ex q̄ bus ordinib⁹ quis valeat promoueri. r qui post lapsum valeant reparari. et quib⁹ deij ci mereant. r quo accusante. r quib⁹ testifi cantibus possint cōuinci clerici. r sub quo iudice sint absoluendi vel damnādi. Et in cipiendo ab epō prosequit. xij. capl̄a apo stolice regule Primū ca. est. oportet epūm esse irreprehensibilem vel sine crimine. Et dicit primo crimen quodlibz peccatū mor tale vel veniale ex deliberatione procedēs. vel si non: de quo dicit. pene ꝯtra naturam est rc̄. Sed talis eligitur cui⁹ cōparatione ceteri grex dicantur. Secdo dicit crimē ac cusatione r ꝯdemnatione dignum. vel infa mia criminalis. Q aūt dicitur oportet epi scopuz esse sine crimine intelligitur post ba ptismū et non ante

§. Criminis appella tio Dic ponit tertia acceptilatio hui⁹ no minis crimen. Dicit em̄ crimen quodlibet mortale pctm̄ vel veniale q̄ ex deliberatio ne procedit. r non delet nisi per penitētiam Que vero procedūt ex infirmitate vel igno rantia. precipit iacobus alteruz cōfiteri. quia facile dimittūtur.

§. Alias ea demū Dic ponit q̄rta acceptilatio hui⁹ nois crimē. scz q̄ semel ꝯmissum suffi cit ad damnationē r depositionē. non tm̄ in famat. Et ostendit in hoc. §. que pctā sint mortalia r que venialia. et q̄dā ex his enu merant mortalia q̄ p p̄nam purgant. veni alia in purgatorio post mortē Et dicit q̄ p lignū magna venialia designant. p fenū mi nora. p stipulam minima intelligunt

Qualis Querebatur qualis rep̃sentabitur homo añ deum die iudicij. Et respondet q̃ si bon⁹ est: bonus repr̃esentabitur. ⁊ si malus decedit malus repr̃esentabit̃. Sed tñ sunt quedã in iusto que purgant̃ post mortem. s. venialia: vt sermo ociosus. risus immoderatus. ⁊ pcim̃ cure familiaris. ⁊ hoc pbat̃ autoritate euangelij dicentis Si q̃s dixerit blasphemiã in spũmsanctũ. nec in hoc sec'o nec in futuro remittet̃ ei. Unde a ꝯrario sensu apparet q̃ pctã quedã in futuro remittent̃. nã qđ de vno negat̃: de alijs ꝓceditur

Qui in aliud Dicit̃ in hoc c. q̃ si quis nõ egit pñam in hac vita de aliquo veiali in futuro seculo purgabit̃ igne purgatõis qui supat oẽm penam quam aliquis p̃t pati in hoc mundo ⁊c. Palea hoc ca.

¶ Alias Dic ꝓsequitur gratian⁹ fm hoc quintam accep̃tilatõem huius nominis crimen dicens q̃ crimen dicit̃ quodcunq; irrogat perpetuã infamiam.

Primũ Dicit̃ in hoc ca. q̃ qui eligitur in ep̃um debet esse sine crimine ⁊ sine criminali infamia post baptisma. nec sufficit si eo tempore sit sine crimine quo est ordinandus: cum forte per penitentiam diluit pctã sua. Quomõ em̃ poterit alios corrigere: qui in simile corruit delictum.

Distinctio XXVI.

Acce Supra tractatũ est primum capl'm aplice regule. s. oportet ep̃um esse sine crimine qđ intelligit̃ non solum tempe post bap̃m. In hac vero. xxvi. dist. ꝓsequit̃ secundum ca. aplice regule scz oportet ep̃m esse monogamũ. i. vnius vroris viz. i. non plurium. ⁊ hoc intelligit̃ post bap̃m qđ intelligit̃ per sequens ca. qđ abrogatum est.

Uni? Quesitum fuit a hiero. vtruz ca. apostolice regule. oportet ep̃m esse monogamum intelligat̃ ante baptismũ vel post Et rñdet q̃ post baptismũ ⁊ non ante. si em̃ ante ꝓiugem habuit: nõ imputat̃ ei sicut nec stupr̃.

Acutí? Capl'm hoc diuidit̃ in duas partes. In prima parte probat augustinus q̃ ille qui habuit vnaz coniugem ante baptisma ⁊ aliam post: promoueri non potest cum sit bigamus. ⁊ hoc fit non ꝓpter peccatum quod contraxit sed propter sacramenti defectuz quod in eo deficit: cum hic non de peccato: sed de ordinatione agatur. Et si cathecumina fuerit ante baptisma corrupta: licet postea baptizetur: tamen non poterit inter virgines consecrari. In secunda parte que incipit ibi Sicut dicit̃ q̃ sicut vnitas vni viro id est christo debet esse subdita ⁊ nõ diuersis. i. deo ⁊ dyaboli: ita a deo recedere in supstitionez dyaboli non licet. Uel intellige sic vt faciat ad ꝓpositum gratiam. id est sicut duob⁹ cõiugys non potest aliquis deseruire simul: sic ab vno cõiugio in aliud ire non licet. q̃ talis apostataret a via ordinandi.

Deinde Hoc capl'm diuidit̃ in duas partes. In prima parte dicitur q̃ Rufus ⁊ Eusebius et ceteri episcopi macedonie tres prauas opiniones habebant. Prima erat quia ille nõ debet bigamus reputari: qui ante baptisnum habuit vnam ⁊ postea aliam. ⁊ eam quam post baptismum aliquis habuit: videri quasi nouo homini copulatam. Sed hanc opinionem reprobat Innocentius ꝓ duo inc̃ouenientia. Primũ est fm illorum opinionẽ. si aliquis ante bap̃m tres habuit vxores ⁊ post bap̃m quartã: que quarta est erit prima fm eos Hoc̃m inc̃ouenies est q̃ hec talis q̃ quarto ducta est dz loco ꝑgynis reputari. Secũda opio erat q̃ totũ quicquid agit homo ante bap̃m in bap̃o delet̃. qđ Innocentius reprobat: cum in bap̃mo tñ peccata deleant̃ ⁊ matrimonia cuz deo autore sunt ꝓstituta. Tercia opinio erat q̃ matrimoniũ ante baptismũ non erat legitimũ. Et hoc improbat tali rõne. q̃ si h̃ verum est: filij inde nati nõ erunt legitimi. nec hereditatem habebunt: sed erunt spurij vel naturales. Hoc etiã improbatur autoritate dñi. nã interrogatus a iudeis si licez homini dimittere vxorẽ suam. rñdit. quos deus coniunxit homo non separet. ⁊ de hijs

tm̃ loquebatur scz iudeis qui ãte baptismũ cõtraxerunt. In scda parte que incipit ibi L Quero ꝛ solicit⁹ Lreuertit innocen. ad secundam opinionẽ ꝛ eam improbat duab⁹ rõnib⁹ vsq; in finem. Prima est q; fm hoc filij nati ante baptismũ et post nõ erunt frẽs nec inter eos erit famul' hirciscuñ. iudicium qđ est absurdũ. Secda est q; fm hoc bona que facit alĩs cathecumin⁹ nõ prosunt ei si quid ante baptismũ gessit in baptismo delet. qđ non fuit verũ in cornelio gentili. nec in preceptis legalib⁹ diligenter impletis. ꝛ sic ꝓcludit q; baptismũ non abolet matrimoniũ. sed peccatum.

Una tãtũ In hoc. c. dicit q; si quis iterauit ꝓiugium id est scdam habuit vxorem non potest postea promoueri fm legẽ promotiõis. qđ quibusdã mirũ videt. scz vt mrimonia ante baptismũ ꝓtracta obsint. pctã vero nõ obsint volentib⁹ promoueri. qđ non debet videri mirũ. cum pctã in baptismo deleãtur. bigamia vero non. Per. §. aũt sequentes q; plan⁹ est probat q; bigami reputant non solum qui ante baptisma sed etiã q; post ꝓmulgia frequentauerũt. Casus seqntis. §. pz.

Qui sine Dicit in hoc. c. q; ille q; habuit tm̃ vnã vxorez et est sine crimine promoueri potest. qui vero bis ꝓtraxit licet non peccauerit. tm̃ prohibetur sacerdotij est expers. nec poterit promoueri

Distinctio XXVII.

Quod aũt Supra ostensum est q; oportet ep̃m esse vni⁹ vxoris virum In hac. xxvij. di. querit an tpe administrationis possit eius copula fungi quã vnicaz ꝛ virginem habuit. Et respondet q; nõ Et hoc probatur p sequens. c.

Diacon⁹ Aliquis volebat in diaconũ promoueri: castitatem seruare nolebat Quesitum fuit an deberet ordinari. Et respondet Ho. papa q; non. sed si cũ ordinaret tacuit ꝛ post ordinationem ꝓtraxit. deponi debet

§. Hac autoritate Lõclusio dit grãn⁹ ex supdicto. c. q; illi q; habẽt vxores vel habere volũt. nec diaconi nec sacerdotes fieri possunt. sed si diacon⁹ a ministerio cessare voluerit in matrimonio iam cõtracto vti potest. quia etsi etiã in sui ordinatione castitatem promittat. tm̃ tanta est vis matrimonij vt ipsum matrimoniũ non dissoluat. Et hoc probat p sequentia. Nõ tm̃ dicit ab illo L Si vero]falsum est. nisi hoc intelligas in orientali eccia L Ca. aũt plana sunt vsq; ad. c. qđ interrogasti

Quod interrogasti Quedã vidua claustr⁹ monialiũ intrauit ꝛ velamẽ sup caput suũ imposuit ꝓtinentiaz profitendo. et inter alias monachas sicut sanctimonialis est morata. postea cõtraxit mrimoniũ dicens se ficte monasterium intrasse. ꝙsitũ est quid fieri debeat. Et respõdet nicola⁹ papa q; ipsa debet agere pñiaz de illusione nefanda ꝛ reuerti ad monasteriũ vt seruet qđ promisit Omnia aũt ꝙsequũtur plana sunt ꝛ p te videbis

Distinctio XXVIII.

Ecce Ostensum est supra in illo. c. diaconus. et. c. presbiteris. q; diaconi pb̃i et subdiaconi debent continentiam promittere Ad hucm hac. xxviij. distinctione de eodẽ tractat. et annectit de his qui ab infantia ecclesiasticis officijs mancipãtur. et q; relicte diaconorum ꝛ sacerdotum non contrahãt et q; sacerdotes proprias vxores a sua cura non abijciant. Sequẽtia plana sunt vsq; ad. c. primusq;.

Primusquã Vacante ecclesia neapolitana quidã nomine iohannes fuit ibi in episcopũ electus a minori parte capituli alijs ꝓtradicentib⁹ qui filiã habebat paruulam. supplicabatur pape vt ip̃m ꝓfirmaret. sed greg⁹ nolut eum ꝓfirmare dicens q; nec ipsi debuerũt eũ eligere. nec ipse debuit electioni ꝓsentire. cũ filia teste ꝙincat sui corporis continentiaz non habere

De his Hoc capitulum loquitur de illis filijs qui traduntur a parentib⁹ in ecclesijs secularibus eru

diendi. Dicitur enim q illi receptis mino-
ribus ordinibus in puericia cum ad .xviij.
annum puenerint interrogari debēt an ve
lint ꝓtinentiam profiteri vel non. Et si di-
xerint se velle ꝓtinere post .xx. annū debent
ad subdyaconatum ꝓmoueri. z si postea ca
ste vixerint post .xxv. annuꝫ dyaconi fiant.
ita tamen q decetero ad nuptias vel furti-
uos ꝓcubitus non accedant. qō si fecerint:
deponanť. Si vero dixerint se nolle ꝓtine
re ducant vxores. ita vt si postea renuncia
uerint pari consensu copule nuptiali ad sa
cros ordines poterint ꝓmoueri.

Assumi Ab hoc loco vsꝫ ad. §. ec
ce. inducuntur ca. q sub-
dyaconi non tenentur ꝓtinere ꝓtra priora
ca. Et idez probat de sacerdote z dyacono
Inducuntur duo prima a ꝓtrario sensu: et
inducunť omnia sophistice. Vel verum est
quod dicit si de illo ꝙ tempore intelligatur
quo ꝓtinentiam cepit introduci. Omnia
que sequuntur vsꝫ ad cap. dyaconi. plana
sunt.

Dyaconi Statutum fuit in sy-
nodo anchiritano q
si aliqui in dyaconos ordinantur z dicant
se nolle vel non posse ꝓtinere z ep̄us nihilo
minus ordinat eos: si postea ꝓtraxerint ab
vxore sepabuntur. sed in ministerio rema-
nebunt. q videtur q ep̄s eis licentiam de
derit. si vero in ordinatōne sua tacuerint vi
denť ꝓtinentiam ꝓfiteri. z ideo si postea cō
traxerint: officio z beneficio p:iuabunť

Presbiter Dicitur in hoc. c. q
si pb̄r duxerit vxorē
debet deponi. si vero adulterium vel forni-
cationem ꝓmiserit debet extra ecclesiā abij
ci: z ad pn̄am inter laycos redigi.

Quia sunt culpe Cle-
ricus
quidam in ꝓsortio suo quādam habuit mu
lierem: postea factus est dyaconus. eo mor
tuo petrus qui erat bonorum eius procu-
rator: vel qui antea fuerat procurator pa-
trimonij beati petri tradidit eam nuptui:
propter quod fautinus qui non erat procu
rator z defensor patrimonij beati petri vo
lebat ipsum petrum punire. Unde ille pe-
trus de hoc ꝙquestus est domino pape. et
tribus ratōnibus se excusauit quibus pba
bat q illa mulier nō fuit vxor dyaconi. Pri-
mo quia corrupta venit ad illum dyaconū
cum adhuc clericus erat. Secundo: quia
cum ille recepit ordinem sacrum illa nō mu
tauit vestem: nec continentiam promisit.
Tercio: quia anteq̄ ille perueniret ad dya
conatum z postea mulier illa vixit inconti-
nenter. Quare gregorius precipit cuidam
vt inquirat vtrum illa fuerit vxor dyaconi:
z tradat eum puniendum fautino defenso-
ri. si non fuerit nullo modo puniať

Si se cuiquā Dicit in hoc
.c. q si relicta
presbiteri vel dyaconi nupserit secundo: se-
parari debēt. z si castigati id est moniti no-
luerint separari excommunicenť Si est un
litera castitatis .i. ꝓpter castitatem seruan-
dam. Casus sequentis ca. de eadē mate
ria loquiť. z per se ꝑz.

De syracusane Dum ec
clesia sy-
racusana pastore vacaret: quidam minus
ydoneus ibidem est electus: habens filios
z vxorem. pro quo Cethegus patricius sup
plicauit pape Pelagio vt eius electionem
confirmaret. Sed quia persona illius ele-
cti erat minus ydonea Pelagius non exau
diuit Cethegum: immo distulit eum con-
firmare fere per annum: vt syracusanorum
electio in melius proueniret. Sed quia ir
reuocabiliter in suo proposito perstiterunt
z in illa ecclesia non erat alius ydoneus: ne
amplius insanirent. sicut pretor magnifi-
cus pape significauit. ideo papa eius electi
onem confirmauit. prius tñ ab eo cautio-
ne recepta in qua ꝓtinebatur quāta esset su
arum rer̄ substantia. z q nihil de rebus ec
clesie vsurpabit. z q quesita tempe ep̄atus
ecclesie reseruabit.

§. Ecce hac Iste. §. diuiditur
in duas partes.
In prima parte concludit gratianus ex su
pradictis ab illo. ca. assumi. vsq̄ huc q siue
sit subdyaconus siue dyaconus siue presbi
ter: licite potest vti matrimonio cōtracto. Et
ad hoc allegat breuiter supradcā recapłan

do. In scđa parte que incipit ibi. Ez qđ de electiõe. Soluit predictas obiectiões. qz qđ dicit in illo. c. de syracusano non obstat qz in minoꝛib⁹ ordinib⁹ ꝓstitutus vel in laicali habitu potuit electꝰ ille habere vxoꝛẽ et filios. et postea de ꝯsensu vxoꝛis ꝓtinentiam professus bene potuit promoueri. Illud aũt. c. qz sunt culpe intelligit de diacono cui⁹ eccl̃ia nondum susceperat votũ continentie. vel ō eo diacono qui suscepit eã in minoꝛib⁹ ordinibus. sicut dictũ est de epo syracusano. Alia aũt. c. ex tpe vel loco intelliguntur Ex tpe: quia nondum erat indicta continentia ministris altaris. Ex loco: qz orientalis eccl̃ia nõdum susceperat votuz ꝓtinentie. Hoc tñ seruat qz si moꝛit vxoꝛ q̃ data est in minoꝛibus ordinib⁹ cũ q̃ est alias fact⁹ sacerdos: si p⁹ea ꝓtrahit deponet

¶. Itẽ opponitur Ad hoc opponit̃ per sequentia. c. quoꝝ prima duo sunt plana. et postea in distũ. xxx. ponit solutionem

Presbiterꝝ Quidã pbr̃ orientalis moꝛtua sua vxoꝛe duxit scđam: cũ putaret sibi licere. q̃ situm est in sexta synodo quid de eo fieri debeat. Et rñdetur q̃ debet priuari omni sacro ministerio. ita q̃ neq; publice neq; priuati m benedicat. qz bñdictionẽ nõ habz ꝓpter delictũ suũ. sed implozet veniaz a dño de suo delicto. honoꝛem tñ sue cathedre dispensatiõe tenebit

Consulẽdũ Bulgari sunt populi inter vngariã et greciã ꝓstituti. apud istos pbr̃i q̃daz babebant vxoꝛes. quare q̃siuerũt bulgari qui laici erant a nicolao papa an deberẽt illos ejicere. Et rñdet q̃ non. licet illi sacerdotes sint reprehensibiles. Et hoc probat exẽplo dñi q̃ iudam proditoꝛẽ nõ eiecit. Et qz laici clericos iudicare nõ debent. sed si q̃d mali fecerint eꝓ iudicio reseruatur

¶ Distinctio XXIX.

Ad notãdũ ¶ Dicin titulatur xxx. dist. in qua soluit predictas oppões grãnus et exponit. Et dicit q̃ q̃dam. c. intelligũtur ex tpe: z loco: et causa: et persona.

Sciẽdũ Dicit in hoc. c. q̃ quedã ca. ex causa: z psona: z tẽpoꝛe designant. z qz hoc multi nõ respiciũt cadũt in laboꝛintũ z laqueũ erroꝛis: nec recte iudicant cũ non intelligunt ad plenum.

¶ Casus sequentis. c. patet

Necesse Quidã scripturas varias z diuersas tñ vno modo intelligebant. quos docet hieron⁹ intelligere scripturas ſm diuersitatẽ tẽpoꝛũ: locoꝝ: z causaꝝ. Et hoc probat exẽplo iohannis euangeliste qui scribẽs. vij. eccl̃esijs in vnaquaq; spẽalia vitia vario modo corrigebat. nec imitat medicos impitos q̃ vno collirio oculos omniũ infirmoꝛum volunt curare

¶ Distinctio XXX.

Fluc Dic ponit̃. xxx. dist. in qua adhuc soluit oꝓpõnem quam fecerat. xxviij. di. in quatuoꝛ. c. exponit et dicit q̃ tria prima ca. intelligunt̃ ex causa z tpe Causa fuit heresis manicheoꝝ qui ꝯiugia detestabãtur. sicut multa statuit ecclia in detestationem aliorꝝ hereticoꝝ. et ad hoc ĩducit. c. sequẽtia ¶ De tpe dicet in. xxxi. dist̃

Si qui filij Quidam filij occasione illius verbi euangelij. qui non reliquerit patrẽ et matrez ꝓpter me non est me dignus. debitũ honoꝛem parentib⁹ denegabant et alimenta eis subtrahebant putantes hoc religioni conuenire. Dicit hic q̃ tales debent anathematizari ¶ Plana sunt. ca. vsq; ad. ca. si quis eoꝝ

Si quis eoꝝ Beneuentanus sic posuit casum Quidam dum ieunasset cepit eũ fames affligere: ille ꝓpter famez supbiẽs dicebat non esse ieunandum z sufficere sola conscientia pro facto. de isto dicitur q̃ debet anathematizari. Ego bartholomeus brixien̄. aliter casum intelligo sic ponens. Quidã dũ ꝑmaneret in ꝓposito abstinẽtie id ẽ ꝓtinẽtie ꝓpter nccitatẽ coꝛporalẽ. i. abstinentiã p quã multa nccaria coꝛpi subtra

huntur superbiebat omnia ieiunia parui pendens cum plus alijs ieiunaret: pfectaz pstitutionem ecclesie iudicans in sua psentia: dicitur q talis anathema sit. Sequentia capla vsqz ad ca. Si quis virozz patent.

Si quis virozz Quidaz in qdam preciosa veste iusticiam ponebant quasi p posito ptinentie ouenirent: reprehendentes eos qui alia veste vtebant: dicitur q talis anathema sit.

Hec scripsimus Dicitur ibi ca. q ea que statuta sunt in supiozibus ca. non sunt statuta nisi ptra eos qui religiõis habitũ z ppositum ptinentie assumẽtes in superbiam efferunt ptra eos qui simpliciter viuunt: facientes noua statuta ptra diuinas scripturas z ecclĩasticos canones. illi vero pmendant qui ptinentiam seruãt: z pijs abrenũciant cũ humilitate. z qui diuitias possident cũ iusticia z bonis opibus.

Si quis presbiter. Hoc ca. diuidit in tres ptes In prima pte dz q si quis pbr accepta pauca pma in die dñica ieiunauerit ea intentione qua manichei ieiunabant: anathema sit In scda pte que incipit ibi L Sicr. Idicit q in dieb9 dñicis z inter pascha z penthecosten nõ debemus flectere genua: sz vultu recto orare ad dñm. In tercia pte que incipit ibi L Si qs etiã Idicit q si quis non comedit carnes vl olera in quib9 carnes coquuntur ppter exercitõem esca z pelli debet degustare: et si noluerit: tanqz hereticus deponet.

Distinctio XXXI.

Tempus In hac. xxxi. d. dicit grãnus q illa capla que fuerunt posita in distinctiõe. xxviij. intelligũtur ex tempore. q nondum erat indicta ptinentia sacerdotibus. z hoc probat per sequentia. Dicit etiam que est causa. scz propter mundiciaz fuit ptinentia indicta. z q sacerdotes vxores non abijciãt a sua cura quin eis necessaria ministrent.

Omnib⁹ vobis Leo tercius interrogatus fuit a Karolo rege z suis subditis qualiter sit procedendum si crimen sacerdoti obijciat̃. Et respondet leo z dicit q̃ ista q̃stio fuit sepius ventilata z temporibus multis: nondum tñ fuit ad plenum diffinita. verumtñ post reclamationes multas: habito cõcilio multoꝝ epoꝝ z alioꝝ prelatoꝝ z sacerdotum z aliorum multoꝝ: statuit et diffinuit q̃ si legitimus apparuerit accusator z pbauerit crimen: puniat̃ accusatus. et si non pbauerit puniat̃ accusator de calum

nia.tñ si sacerdos accusatus remanserit:in famatus indicat ei purgatio cum.iij.v. vel vij:manu sacerdotū vel cum pluribus se ex purget si ep̄o videbitur: quales autē testes in accusationibus recipiantur est in canō nibus diffinitum

¶. **Juramento** In.§. isto dicitur q̄ vulgaris probatio indici non debet. Et ꝫ probat p̄ sequens.c.

Cōsuluisti Quidaz parvulos filios suos secū col locabant in lecto quib⁹ dormientibus filij eoz inuenti sunt mortui. Querebat vtrum iudicio candentis ferri: vel aque feruentis se expurgare deberent:filios non oppressis se. Respondet stephan⁹ z dicit q̄ talis exa minatio non a probat in canone. sed mo nendi sunt parentes vt filios suos secū nō habeant in lecto,sed cū occultuz sit eos filios oppressisse,puniri non debent:nisi de ꝫ quincant:vel fuerint sponte confessi.z tūc pu niantur,quia sunt homicide,cum homicida dicat etiā qui conceptum in vtero deleue rit p abortum.

¶. **Hoc aūt** Dicit in hoc.§. q̄ purgatio ferri candentis z aque feruentis: sunt tm̄ interdicta: z in alijs cessa.et merito dubitatur,qz aliqua mulier p̄bat se virginem p verum iudicium.id est p aspectum corporis. Similiter in veteri testamēto p batur vtrum mulier cōmiserit adulterium p quasdam aquas amarissimas.et statim re sponder gr̄a.in sequenti.§.

¶. **Sed quelibet** Dicit q̄ quelibet talis purgatio prohibet,quia tales vi denf deum tentare.nec est trahendū ad cō sequentiam qđ fecit dauid cum golia.cū in nomine spūssancti fuerit factum

Sepe Per ista.iij.c.probat gratz. posse adhuc fieri purgatiōez vulgarem. Dicitur hic q̄ si furtum fit in mo nasterio,abbas debet missam celebrare,et in fine corpus christi singulis dare dicens. corpus dñi nr̄i iesu christi sit tibi hodie ad p̄ bationem

Interrogatū Si duo ad ulterium cō miserunt.scz masculus et femina.z vn⁹ con fitetur z alter negat,cōfitenti penitentia im ponatur,negans vero probabili iudicio se expurget,id est candenti ferro vel aqua fer uenti. Et ita facit ad propositum gr̄a.

Statuit Si duo de adulterio accusantur:et negaue rint ambo,si vnus de voluntate alteri⁹ al terum purgat,si in probatione vulgari ceci derit ambo puniantur.

Si ep̄o Si ep̄o vel pb̄ro crimina imponantur:pro singulis missam celebret.et pro singulis se innocen tez reddat. Sed ista capitula sunt abroga ta prout faciunt ad propositum gratiani.

Illud vero Dictum est supra in capitulo omni bus.et capitulo presbiter.q̄ clerici cōpel luntur ad purgationem.sed illa duo.c. mā datis:z auditum dicunt,et ideo magister hoc determinat

Questio. IIII.

Quod vero In hac quarta q̄ stione quer̄itur an duo testes suffi ciant ad condemnationem episcopi. Et p bat gratian⁹ q̄ sic auctoritate dñi: z duab⁹ auctoritatibus pauli

Placuit Dicitur q̄ si aliquis ac cusat aliquem de fornica tione potest probare crimen duob⁹ vel tri bus testibus.et si non probauerit punietur pena talionis. Et patet sequens.§.

Presul Dicit hic quot testes suffici ant ad condemnationem episcopi cardinalis pb̄i z aliorum clerico rum ratione eccie. In fine dicit q̄ testes si ne infamia debent esse.

Nullam Si episcop⁹ cardina lis de crimine accusat. duodecim episcopi debent de causa cogno scere.nec potest cōuinci nisi .lxxij.testibus. In secunda parte dicitur qualiter testes iu rare debent:et quid. In tertia parte dicit. si appellauerit,ad papā.audiri debet.nec alius debet de causa cognoscere. Secūda

l .l.

pars incipit ibi LQX si inter.]

§. Sed hoc Modo dicit qre de tot testibus fuit statutum: ꝓter scz priuilegium clericoꝝ romane ecclesie. ⁊ hec solutio est vera. ꝓpter maliciam hereticoꝝ fuit statutum de oibus clericis: qua cessante cessabit ꝓstitutio Sed verius est q̄ ꝓter maliciam hereticorum vel maloꝝ hominū statutum fuit de clericis romane ecclesie quibus hoc priuilegium datum fuit: qđ nō cessat causa cessante. ⁊ hoc innuit Bene.

Questio VI.

Sequitur Hic intitulat vi. questio in q̄ querit: quo remedio causa vitiata subleuet. de quo non fecit in themate mentionem. ⁊ si remedium dandum sit ei qui cā dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionem. Causa autez vitiata remedio appellationis subleuat. ⁊ hoc ꝓbat ꝓsequēntia capla

Liceat Casus iste per se patet ⁊ facilis est.

Omnis oppressus. Dicit in hoc c. q̄ si aliquis grauet a minori prelato: ad sacerdotem. i. epm debet appellare. ⁊ si ibi ꝓter aliquā difficultatem negocium nō poterit terminari: metropolitanū appeller. ⁊ si ibi negociū non fuerit terminatum vel grauabit: ad concilium recurrat in quo patriarcha vel primas p̄sidet ⁊ in quo cause maiores ecclesiastice tractari debent ⁊ coꝝ patricio seculari iudice sc̄lares

Si quis vestꝝ Exhis. v ca. colligitur q̄ appellari potest ad papam omnibus mediis pretermissis. Dicit ergo hic q̄ si aliquis aliqua diuersitate pulsat sedez apostolicam quasi caput appellet

Omnes Dicit hic q̄ quotiēs epi criminaliter accusentur ad sedem aplicam quasi ad matrem recurrant cum est necesse

Ad romanam Dicitur q̄ omnes epi qui volunt vel quibus necē est libere sedem apostolicam appellent absq; excoicatōe vel impedimento aliquo damnationis vel spoliationis vel custodie

Si quis putauerit. Si grauatur aliquis a metropolitano suo patriarcham appeller: deinde ad sedez apostolicam recurrat.

Ad romanā Casus istius. ⁊ sequentis facilis est ⁊ planus. q̄ per supiora patent. ⁊ littera plana est.

Ideo Querebat quare priuilegia sedi aplice sint ꝓcessa: ꝓlia cōgregare: ⁊ damnatos eꝑos restituere. et de summis negocijs cognoscere. Et rñdet vt omnes oppressi ⁊ iniuste damnari auxilium habeant. et q̄ iniuste non damnent aliqui sine vltione

§. Cum ergo Quia dictum est s. per seueri num q̄ appellare possunt: ne timeo ppressi in ca. ad romanam. ⁊ per marcellū dictum sit s. in ca. ad romanā q̄ qui volunt appellare pñt. Infert gratianus q̄ siue quis grauetur siue non: in accusatiōe appellare potest. Quidam tamen qui dicunt appellandum non esse frustratorie distinguunt ita dicētes q̄ dictum ē supra in ca. ad romanam vt volentes cē referat ad eos qui volunt recipere ꝓsecratiōem a sede apostolica. ⁊ si aliquo impediant appellabunt. necessitatem patientes referetur ad oppressos ⁊ iniuste per sententiam condemnatos: vt isti defendantur ⁊ illi accipiant ꝓsecrationem. Eodē modo intelligitur illud seuerini. Sed certe dicit gratianus q̄ fm primam interpretatiōem id est opinionē que est in principio §. que dicat q̄ siue quis grauetur siue non: appellare licet: oppressi intelligunt aliqua iniuria affecti: sed fm secundaz qua dictum est volentes ad consecrationem: necessitatem patientes ad tuitionem. oppressi intelliguntur per sententiaz iniuste damnati. ⁊ fm hanc vltimam opinionē non licet frustratorie appellare.

Decreto Aldricus cenomanen. epus timebat accusari

coram suo primate vel metropolitano. ⁊ timebat ne audiret appellans si ad sedez apostolicā appellaret. vnde grego. precepit q̄ si aldric⁹ accusat⁹ fuerit ⁊ appellauerit: audiatur: ⁊ causa coram summo pontifice vel ei⁹ legato terminet: interim aūt ꝓtra eum nihil iudicet: ⁊ qui cōtra hoc fecerit puniet. quia alij vocati sunt in ptem solicitudinis: nō in plenitudinem potestatis.

Qui se scit Minores prelati obedire debēt suo maiori nec molestē hoc ferre. vnde quilibet potest recipere appellationem ad sedem apostolicam factam. cum appellationes ꝓpter magna negotia ei reseruent: ⁊ qui cōtra hoc fecerit deponat

Arguta Archiepūs remen. rotardum ad sedem apostolicam appellantem de facto deposuit ⁊ incarcerauit. Domin⁹ papa hoc audito eū restituit: quo restituto scribit illi archiepō et increpat ꝓtra eū dicens. q̄ ideo eū restituit scz ep̄m ne priuilegia sedis apostolice violent. ¶ Casus sequētis. c. facilis est: et per te poterit potes.

§. Datet Ab illo. ca. decreto. est q̄ ad hunc. §. Ex supradictis infert q̄ appellari potest etiaz fruſtratorie: si tñ fruſtratorie appellauerit a iudice appellationis puniet. Postea dicit q̄ appellari potest quotiens grauamē infertur. et ad hoc inducit. c. sequentia.

Quotiens Diepus grauatur a synodo vel metropolitano: vel eos suspectos habuit: sedem apl̄icam appellet. ⁊ non excōicet: nec res auferant: vel vis fiat ei donec negotium per sedem apostolicam terminetur ¶ Casus sequentis. c. patz

§. Oppressi Oppressi dicunt pregrauati ante sententiā: iniuste dānati post sententiā. Et ad hoc inducit sequens. c.

Non ita Aliud est in negotijs secularib⁹ q̄ in eccāsticis quia in secularib⁹ non appellatur ante sententiam: in eccliasticis vero q̄cunq̄ grauatur potest appellari.

§. Qui vero Dicit hic qualiter puniri debz ꝓtumax. ⁊ ad hoc inducit sequens. c.

Quisquis Si aliquis p̄cepto vel sententie iudicis parere non vult. significet hoc supiori: ⁊ ille excōicabit eum ⁊ faciet euitari donec pareatur sententie vel precepto.

§. Post datā Dicitur in hoc §. q̄ infra q̄nq̄ dies appellari debet: ⁊ infra eosdem lr̄as dimissorias accipe ⁊ iter arripe ad iudicē appellationis. Et ad hoc inducit legem abrogatam vel auten. anterioz.

Propter superfluaz Si quis duxerit appellandum infra quinq̄ dies appellet ⁊ infra eosdem litteras accipiat dimissorias: ⁊ ad iudicem ad quē appellauit perueniat. et si maius spatium additum fuerit necessariū dabit ei

§. Ab eo Dicitur hic q̄ littere dimissorie porrigi debent iudici ad quem appellatur infra quinq̄ dies: ⁊ infra eosdem peti ⁊ accipi. et si hoc appellans non fecerit cadita causa. Et verba ista: scz L Ista iam Vsq̄ ibi L Qui intra ⁊c. non sunt de lege: sed gratiani vel alterius. L Supius. id est codice theodosiano. et ℔ similiter est abrogatum

Quicunq̄ Non auditur fruſtratorie appellās: vel qui in iure ꝓfessus fuit ꝓtra se.

Quotiens post au= ditam causam Dicitur hic q̄ possessor rei imobilis confessus fuit ⁊ condemnatus fuit ad restitutionem rei si appellauerit causa pendente: fructus autem sequestrādi. quia in peritiōe fieri non possit: cum nihil possideat. scz si propter predia: vrbana. id est domus vel mancipia vel iumenta fuerit appellatum. pensiones mercedes ⁊ vecture debent sequestrari. quod intelligi debet: et si propter nauem naulum fuerit acquisitum. quod datur nautis propter aliqua in naue ferenda

Omni modo Si aliquem iniuste appellasse pnunciatum fuerit: aduersario ꝺdemnabitur in expensis: non tm in simplu sed in quadruplum.

§. Premissis Repetit supra dicta gratia vt corrigat: et ad hoc inducit sequens authenticū, anteriorū legum In lege veteri caueba tur vt qui ꝓpriam causam per se agit infra biduum appellet. qui vero per procuratorē infra tercium diem. Sed quidam legis ignari propter hoc decipiebantur: putantes sibi licere semper posse infra triduum appellare a sententia infra. x. dies in quacūq causa: et a quocūq iudice: excepto prefecto pretorio.

§. Ad hoc sanctim⁹ Aliquis ad principem appellauit: sed propter occupatões principis non potuit causam psequi infra tempus ꝺcessum appellantibus a lege. dicit hic q̄ nō cadit a causa ꝓpter hoc: sed causa tractabitur cum placuerit impatori. Nullus em̄ potest ꝺpellere principem vt de causa cognoscat: vel vt partes ꝺuocet aut pceres

§. Illud etiam Iudicuz quidā maximi sunt et dicunt illustres. quidam minores et appellant clarissimi. quidam medij et spectabiles nuncupantur Appellabant homines aliter q̄z antiquius seruabatur. Nā pro minimis causis: ad maximos iudices appellabāt. ita vt totius litis estimatio vix ad sumptus iudiciales sufficerent. Ꝺo statuitur hic vt in egypto. in vtraq̄z lybia vsq̄z ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam: sed ad prefectū augustalē: qui cognoscat decā appellatōe remota In asya ꝺo et ponto vsq̄z ad predictā quantitatē appellet ad spectabiles qui decā cognoscant: sine appellationis remedio. in oriente vero vsq̄z ad predictam quantitatem appelletur ad comitem orientis: virum scilicet spectabilem

§. Illo videlicet Statuitur hic vt a minori iudice ad maiorē appelletur. vñ a spectabilibus ad spectabiles nō est appellandū in q̄cunq̄z quantitate: sed ad illustrissimam prefecturā qui simul cum prefecto cognoscat. ita tm q̄ a ducibus vel spectabilibus qui priuati sunt. i. sine ad ministratione ad spectabiles non appellet: licet habeāt ad ministratōem et videant maiores nō habentibus. sed vbi diligat causa presidilis a lij minori iudici non spectabili: ad spectabilem appellet. Vbi vero causa a principe delegatur illustri vel spectabili qui habet ducatuz, vel spectabili si est sine ducatu. tñ nō est dux in regiam vrbem ad ꝺperentez iudicem appellet. Si mihi Bartholomeo vilcem appellet. Si mihi Bartholomeo vilcasus ponendus sine preiudicio hominis prudentioris: et prudens lector si ei videbit casum in melius reformabit.

Biduum Dicitur hic q̄ biduū vel triduum ꝺputandum sit a tempe late sententie ad appellandum. sed vbi sententia lata est sub ꝺditione que tñ sic fieri non debet: similiter a diesen tentie et non existentis ꝺditionis est appellandum infra biduū vel triduum q̄ seruādum nō est solum in snīa sed etiam extra sententiam. puta cū q̄s ad tutelam vel ad alia munera nominat. Ꝺocet iam intelligas vt ꝺoctꝰ ꝺputet a tpe snie si potuit copiā iuris habere vel illius a quo appellauit vel ad quem appellauit.

§. Palam Illa causa ꝺr ꝓpria alicui⁹: cuius damnū vel emolimentum ad eum spectat. Sed si sententia ꝺra absentem lata sit: non currit ei tempus nisi a tempore scientie: nisi per curatorem fuisset defensus q̄ tunc difficile audiretur.

§. Si quidez in insulam Si preses iussit aliquē deportandum et rescripsit impatori. et imperator rescripsit vt deportet: queritq̄ q̄ appellandū sit. et certe ꝺr q̄ vtroq̄z tpe appellandū est. s. cuz ꝑses precepit eū recipi inter ꝺemnatos: et cū rescribit impatori nec appellat aduersus pri

cipem et aduersus calliditatem iudicis. qz forte cum mendacijs apud principem obtinuit. sed si cum imperatoz scriberetur ostē sum fuit exemplum litteraz litiganti: si tūc non appellauit consensisse videt nec postea audit appellans.

Non solent Dicitur ꝟ q̄ potest appellare is ad quem negotiuz pertinet vel verus eius procurator vel negotiorum gestor. Similiter mater p filio potest appellare: nec tunc intercedere videtur licet ab initio euz defendere possit.

¶ Ante sñiam Dic ponit tres casus i quibus appellatio prohibet: qui satis sunt faciles

Post appellationez Dicitur q̄ iudex a quo appellatur debz dare relatas dimissorias appellanti ad eū ad quē appellauit: obtinentes qualiter appellauit: et si appellans instanter petat licet iudex ei nō dederit non nocebit ei.

Appellatione Planus est iste casus nec eget expositione

¶ Si quis ex pluri= bus Si quis de pluribꝰ criminibꝰ fuerit odemnatꝰ. si propter grauiora appellauerit: non est mandanda sententia tunc executioni

¶ Forma Ponit hic magr q̄ literas formari debeāt libelli appellationum dicens. Ego. N. sanctę bononiē. ecc. Postea dicit q̄ hmōi libelli fieri debent in scriptis.

Catholicꝰ Dicitur q̄ si catholicus odemnatꝰ ad iudicez alterius fidei appellauerit dz excōicari.

¶ Notandū Nō dicit gra. a quibꝰ appellari non licet. Et hoc probat p sequēs. c. cuius casus facilis ē. et intelligit de arbitris vt dicit sequens. §.

¶ Dō de arbitris.

Nota q̄ iudicuz alij sunt ordinarij: vtpote dati a principe vel a lege. Alij arbitrarij i quos opromittit. nullam tñ habent potestatem. Sed istoz arbitroz alij sunt ordinarij et arbitrarij. vtpote qui legitimā potestatem habentes ad arbitrandū eliguntꝰ. Alij arbitrarij tñ. ab his qui sunt ordinarij et arbitrarij appellari licet rōne ordinarie potestatis iurisdictionis. Et ad hoc inducit ca. sequentia

Bene Tres iudices erant electi a partibus. duo illoz tertio p̄sente pronunciant et forte otradicēte. dicit q̄ ab illis duobꝰ appellari potest Vel pone q̄ duo pronūciabant de mandato tertij: et casus est quasi idem

Placuit Quidam clerici conuenti coram epīs suis iusta de causa recusabant eos. Dicitur q̄ vicini epī electi a partibus de opsensu suoz eporuz cognoscant de causa a quibus non appellatur nisi ad affricana pcilia vel primates vel ad transmarina cum appellauerint excōicētur. sed dicit gratianus hoc verum esse nisi ad sedem apostolicam appellauerint: vt in sequenti. §. dicitur

¶ His aūt Dicit gra. q̄ appellator non debet remitti ad eum a quo appellauit. Et hoc probatur sequenti. c.

Hi epūs Aliquis epūs damnatus fuit ab epīs sue prouincie: appellatum fuit ab eis ad romanuz pontificem. Et certe dicitur hic q̄ si papa receperit appellationem suam et equam reputauerit vt causa renouetur: omittit cām epīs vicine prouincie qui cognoscāt de causa cum aliquo legato domini pape si ei placuerit aliquem destinare. alioquin soli procedent in causa.

¶ Arbitrarij Iste. §. diuiditur i duas partes In prima dicitur q̄ arbitrarij tñ sunt qui non habent potestatem: a quibus non appellatur: et imputet sibi qui tales elegit. Secundo dicitur q̄ si sententia iudicum a quibus appellatur fuerit retracta non obest eis nisi conuincantur iustam tuliſſe sen=

tentiã inimicicia vel gratia deputati. ꝛ hoc probat per sequens ca.

Hoc Dubitabat vtrum iudices puniri debeant quoꝝ sententia p appellatõem fuit retractata. ꝛ statuitur in ꝯcilio q̃ propter hoc puniri non debent: nisi ꝯuicti fuerint odio vel gratia vel pecunia sentẽtiam ꝓtulisse.

·ꝯ·Queritur Mouet h̃ gratianus qõnem: an iudex a quo appellat possit esse testis in causa ꝓpter quam est appellatũ ab eo. ꝛ probat q̃ non sequenti ca.

Statuendum Appellatũ fuit a sentẽtia iudicis: alter litigatoꝝ coram iudice appellationis volebat ducere in testimonium iudicez a quo appellatũ est. similiter assessorem vel aduocatũ: quer̃ vtr̃ possit. Et respondet q̃ non. In fine ór q̃ clericus ad testimoniũ ꝯpelli non põt

·ꝯ·Ab eis Modo ꝓbat gr̃anus q̃ nõ licet tercio super eodem negocio appellare.

Si aũt Quesitum fuit vtruz ei qui bis appellauit super eodez articulo liceat super illo tercio appellare Et respondet q̃ non. sed eligantur iudices de ꝯsensu partium a quibus non ꝓuocet. et q̃ ita intelligi debeat ca. ꝓbat gratianus. §. sequenti qui per se patet ꝛ. l. sequenti.

Si quis Tria dicũtur in hac lege. Primum est q̃ in vna causa ꝛ super eodem articulo non liz tercio ꝓuocare Secundum est q̃ sentẽtia prefecti pretorio retractari non potest. Tercium est q̃ si in causa in qua secundo appellatum est datus fuit iudex delegatus: licet ab eo appellari non possit: recusari tamen potest ante litꝭ. ꝯtest. ꝛ implorari audientia delegantis

·ꝯ·Cum autẽ Dicit Gratianꝰ q̃ causa status vel criminalis si appellatum fuerit non agitur per procuratorem. Et hoc probatur sequenti ca. cuius casus planus est. Si tamen intellexit idem ante appellatõem vt dicit in summa

·ꝯ·Tempus Modo ostendit q̃ annus vel biennium datur ad ꝓsequendam appellatõem. ꝛ hoc ꝓbat. l. sequenti

Si quis appellat Quesitum fuit infra quod tempus debeat quis appellationem suam prosequi. Et certe respõdetur q̃ infra annum: ꝛ iusta causa intervenient̃e dabitur ei biennium. Sed si infra hoc tempus suam appellatõem non fuerit prosecutus solus vel cum aduersario rata manet sententia.

·ꝯ·Appellatore Dicitur in hac. l. q̃ si appellator non ꝓsequitur infra biennium: vi ctor in vltimo mense debet adire iudicem ꝛ requisito reo siue inueniatur: siue non: ꝓcedatur in causa: absentem omnino in expensis condemnando. Si vero neuter adierit iudicem infra biennium rata manet sententia.

·ꝯ·Sed lis Casus istius. l. habetur supra ea. antepenultimo. §. ad hoc.

·ꝯ·Si vero Nõ ostendit gratianus: q̃ quilibet potest sue appellationi renunciare: etiam si libellos appellatorios receperit. ꝛ hoc probat. l. sequenti que satis plana est: ꝛ per se ea sum formabis

·ꝯ·Est autem Supradictũ est q̃ licite ꝙs appellat. Nunc ostendit in quibus casibus non exigit̃ appellatio

·ꝯ·Nominatões Aliqs nominatur ad aliquam dignitatem ꝓrer publicũ ꝯcilium: dicitur hic q̃ talis noiatio non valet. nec ab ea necẽ est appellare

·ꝯ·Diffinitiua Dicitur hic q̃ sententia, que absolutõnem vel ꝯdemnationem non ꝓtinet nulla est ipso iure. Idem dicit̃ de sententia lata ꝓtra solitum ordinem iudicior. Idem dicit̃ de sententia lata ꝓtra sententiã a qua nõ fuit appellatum. nec in his casib9 appellatio necessaria est.

¶. Item si sententia. Dicitur hic q̄ si sententia lata fuerit cōtra iuris scriptuz nulla est ipso iure: nec ab ea necesse est appellari. veluti si pronunciet defuctuz fecisse. Si aūt fertur sententia ꝓtra ius litigatoris tunc est appellatio necessaria: veluti si pronūcietur minorē. xiiij. an. & rite testamentū fecisse.

¶. Item si plures. Si plures dati sunt & vnus tm̄ pronūciauerit nulla est sententia ipso iure. nec exigitur appellatio ipso iure. Item si iudex punit aliquez vltra modum sibi a lege prefixum penā maiorem q̄ debeat irrogando. talis sententia non valet: nec ab ea appellari oportet

¶. Venales. Venales sententie q̄ a corruptis iudicibus proferuntur nulle sunt ipso iure. Similiter si aliquis nominatus est ad honorem decurionatus qui esse non poterat propter infirmitatem etatis. puta quia minuus. citra appellationem si probauerit se iuuabilem excusatur

¶. Sunt quoz. Dō ostēditur q̄ ad mittuntur ad appellandum. et numerant hic septem persone que appellare non possunt. scz contumax: homicida: veneficus: maleficus: adulter: raptor: publicus fur. similiter conuictus testibus. et confessus suum scelus non auditur appellans. si autem cōuictus sit et non confessus. vel cōfessus metu tormentorum: auditur appellans. Et sunt hec omnia. C. quorum ap. nō recipi. l. ij. hec autem verba. Hoc in notoriis. in occultis autem. Sunt verba gratiani postea que sequūtur verba legis.

¶. Nulli. Officialis presidis pronuncie vel alterius potestatis in administratiōe vel officio suo deliquit de quo postea conuictus & condemnatus a proprio iudice volebat appellare. Quaeritur an possit. et certe dicitur q̄ non potest. si tm̄ ꝑdemnatus esset in causa cuius li super patrimonio suo: bene admittit ad appellandum

¶. Quotiens. Ponuntur h̄ quatuor casus in quibus non appellatur. scz cum ratio cōputationis postulatur a procuratore fisci. vel cum petitur tributum: aut cum debitum publicum: id est fisci. vel priuatum: id est cesaris de quo aliquis est euidenter conuictus flagitatur

¶. Ab executore. Iudex mādat officiali suo vel alij: vt mandetur sententia executioni. Quaeritur vtrum a tali executore sit appellandum Et certe dicitur q̄ non nisi modum in exequendo excedat. Similiter si aliquis appellat ne testamentū appriatur: vel ne heredes scripti mittantur in possessionem: non auditur. & appellator et iudex qui recipit talem appellationem punitur in. xx. libris argenti.

¶. De possessiōe. Si pronuncia tum fuit de aliquo mittendo in possessionē cā restitutionis vel alia de causa appellari non debet. et si fuerit appellatum nihilominus mandabit sententia executioni

¶. Quādoq; vnam. Dicitur in hac lege q̄ si plures super eadem re vna sententia condemnentur: et omnes appellauerint vno tm̄ illoz prosequēte appellationem & obtinente prodest omnib⁹. Idem est si vnus illoz tm̄ prosequitur appellationem & obtinet. Nam si appellatio iusta pronuncietur victoria vnius prodest omnibus. Si autem aliquis illoz qui est minor. xxv. annoz fuerit restitut⁹ ratōe minoris etatis: hoc nō prodest maiori qui nō appellauit. et qui cum minore simul fuerat ꝑdemnatus.

¶. Judicib⁹. Dicit h̄ q̄ officium est iudicis ordinarij appellatōez recipere & infra. xxx. dies a tpe sue ꝑputatiōis gesta cause litigatoribus prebere vna tm̄ relatione. Idem dicit in iudice delegato: & dicit relatio ipsi apostoli: quibus iudex eximit appellantem a

sua iurisdictione: vel responsiones vtriusq; partis. Dicit etiam q; si litigator statim p' sniam voluerit appellare: hoc potest facere vna voce & sine scriptis. et hoc tam in ciuili negocio q; in criminali.

§. Ab eo Dicit hic q; a iudice appellationis non debet remitti causa ad iudicem a quo fuerit appellatum: cum iudex appellatois pnunciare debeat appellationem esse iustam vel iniustā q; vix faceret iudex a quo appellat

Questio VII.

Quod vero Hic intitulat. vij. questio qua querit an layci sint admittendi ad accusatōem episcopo; vel clerici inferiores vel monachi. & allegat gratianus pro vtraq; parte. Et primo q; non admittant. & postea q; admittant opiniones plures faciendo & inferendo solutōes. quid aūt iuris sit de hoc in summa huius questionis inuenit

Non est Querebat hic an layci possint accusare episcopum suū male & inordinate viuentem. Et respondet q; non duabus rōnibus. Una ē q; pro meritis subditoq; qñq; dantur mali prelati. q; dyabolus qñq; infamat bonos: & bona puertit in malū

In sancta Querebatur a iulio papa vtq; excommunicati vel layci pñt clericum accusare. Et respondet q; non admittunt excommunicati nec layci. & hoc pbat pluribus rationibus. Una: q; non recipiunt clericos in suam accusatōem. & q; clerici sunt ipsis maiores. et quia portant onera omnū: & fungunt vice apostoloq;.

Laycos Dicitur hic q; layci non admittuntur ad accusationem clericorum quatuor rationibus. q; non sunt eiusdem cōuersationis cum clericis. set quia sunt clericis inimici. & quia nolunt imitari grauitatem eorum. & quia nolunt accipere clericos in suam accusatōem.

Sicut Sicut clerici remouent ab accusatione clericorum: ita & layci remoueri debent ab accusatione clericorum. quia sicut discreti & separati sunt layci a conuersatione clericorum: sic etiam layci debent esse clerici diuisi ab accusatione laycorum.

Sacerdotes In hoc. ca. dicitur q; quilibet inferior prelato suo obedire debet: nec ei detrahere. & hoc pbatur exemplo chamī qui maledictus fuit: quia non operuit pudenda patris sui. sed multo fortius essent maledicti qui patribus suis spūalibus detrahunt & opprobria inferunt

§. Persone Ostensum est supra q; layci non admittuntur ad accusatōnem clericoq;. modo ostendit q; clerici inferioris ordinis non admittunt ad accusatōem superioris vsq; ad. §. his autoritatibus

Clericus aduersus Querebatur a Siluestro vtrum minores clerici: irregulares vel infames possint accusare superiores. Et certe respondetur q; non. nec pter eos testificari pñt. Alia ca. plana sunt.

§. His autoritatib' Modo concludit gratianus ex supradictis q; subditi. layci vel clerici non accusant suos prelatos. sed dicit Gratianus q; hoc intelligendum est de infamibus & criminosis qui parati sunt reprehendere suos prelatos. & hoc probat per sequentia. Casus autē proximi sequentis capituli planus est. nec eget positione

Accusatio quoq; Quia fuit ab anacleto vtrum episcopi possint accusari a malis hominibus & sceleratis. Et certe respondet q; non: sed a bonis & fidelibus: vel fidelibus sunt potius supportandi. Et hoc probatur exemplo domini qui per seipsum ementes & vendentes eiecit de templo. Et exemplo etiaz domini secularis fortiter indignantis: cum videret seruum suum ab aliquo alio iudicari: & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur q; si detractores quorumcunq; grauiter puniuntur

multo fortius detractores famulorum dei. In tertia parte dicitur q apostoli et eorum successores talia considerantes statuerunt ne facile eos attemptet accusare vel lacerare prelatos. etsi quis eos accusare vel cõuenire voluerit primo eos caritative admoneat. qõ si non fecerit: excõmunicetur. Secũda pars incipit ibi. paulo post. Tertia incipit ibi. Nec talia.

Si quis Si quis cõtra epm vel actores ecclesie quedam habuerit non vadat ad iudicem nisi prius episcopus vel yconomos eccie sepissime cõmoneat vt ab eis iusticiam consequatur et satisfaciãt. q si ita fecerit: communione privetur. Et intelligit hoc. c. in cã ciuili tm: et de honestate

Si qui sunt Quesitum fuit clerici indistincte sint admittendi ad accusationem episcopoꝝ et aliorum clericorum. et respondet q non. sed prius examinari debent accusatores vtrum sint bone fame vel non: et qua intentione veniant ad accusandum. vtrum pro deo vel vana vel inani gloria vel odio vel inimicicia vel etiam cupiditate fiat ab eis accusatio. Idez fere dicitur in sequenti capitulo. eo tamen addito q ignoti et viles non recipiuntur ad accusationem

Accusatio Quesitum est a sixto papa qualiter recipienda sit accusatio epoꝝ. Et respondet dicens q non est facile recipienda sine discussione accusatorum. Et hoc probatur autoritate domini dicentis non esse accipiendã vocem mendacij. Et autoritate pauli qui dixit aduersus pbm inscriptionẽ nõ esse faciendam sine duobus vel tribus testibus. multo min9 ergo alia epm.

Si quis Quidam conuenit episcopum vel yconomum ecclesie in causa pecuniaria. quesitum fuit vtrũ propter hoc a communõe ecclesie sit removendus. Et respondet q nõ sinil quitij vel criminationis obiecit.

¶ Ex his Infert gratianus ex supradictis q illi removentur ab accusatione qui mala intentione venũt ad accusandum: et non ex caritate. et q criminosi similiter remouent. Et hoc probat p sequens. c.

Presumũt Quidam prelati dicebant se nullo modo esse accusandos. eo q canones statuerunt eos non esse passim accusandos. Sed aug9. dicit hoc esse intelligendum de criminosis. Et hoc probat exemplo domini esse verum. qui cum accusaretur dixit. Si male locutus sum testimonium phibe de malo.

¶ Opponitur Dictum est supra in. §. ex his omnibus et in. ca. presumunt q subditi criminosi suos prelatos accusare non possunt. et sic videtur q illi qui nõ sunt criminosi bene possunt accusare. Sed opponitur huic distinctioni illud. c. oues &c. vbi dicitur q non admittũtur subditi nisi a fide exorbitauerint prelati. et ita innuitur q ex eo solo casu admittantur subditi. Sed gratianus soluit dicens q illud. c. intelligitur tm de criminosis. et criminosi et infames et serui extra quelibet admittuntur in heresi Et hoc probat p sequentia.

Alieni Dicitur in. ca. isto q heretici apostate: et scismatici non admittunt ad accusandum vt dyonisius dicit extra recte credentes et institutiõib9 obtpantes. Et inducit hoc. c. a contrario sensu vt apparebit in. §. sequẽti. Et dicit hic apostata qui recedit a proposito regulari vel clericali vel a fide.

Non potest Quidam iudei facti sunt christiani et postea iterum preuaricati sunt in fide. querebatur vtruz essent admittendi ad testimonium contra catholicos. Et respõdetur q non licet christianos esse sefateãt quia sicut in fide suspecti sunt ita in testimonio. nec potest apud bonos homines esse fidelis qui deo extitit infidelis.

¶ In hoc. c. Dictũ est. s. i. c. alieni q hereticus nõ accusat catholicũ. apostata nõ accusat illũ q̃ non est apostata: nec scismaticus

potet. accuſare illum qui non eſt ſciſmatic⁹ Concludit ergo gratianus a ꝓtrario ſenſu q⁹ hereticiadmittuntur ꝓtra hereticos. ſciſmatici ꝓtra ſciſmaticos. apoſtate ꝓtra apoſtatas. q⁹ equalitas fidei ꝛ uerſationis eſt ſeruanda inter accuſantem ꝛ accuſatum. ꝛ hoc innuit ſequens ca. ꝛ alligando dicit q⁹ ſufficit q⁹ aliquis ſit bonus ad hoc vt poſſit accuſare. Item hereticus non admittit cū ſit excommunicatus. vt infra. xi. q. iij. cū excommunicato.

Si hereticus In hoc cap. tria dicūtur. Dicit em̄ q⁹ ſi hereticus litiget ꝓta hereticum inter ſe admittit teſtis hereticus. ſed ſi orthodoxus ꝓtra hereticū litiget teſtimonium heretici ꝓ orthodoxo valet. ſz ſi inter ſe litigant orthodoxi teſtis hereticus nō admittit.

§. Sed queritur Dictū eſt ſup in. §. o ꝓponit in fine q⁹ quilibet criminoſus p̄t hereticum accuſare. mō incidentem queſtionē mouet an peſſimus catholicus poſſit accuſare hereticuz de alio crimine q̄z de hereſi. Hanc qōnem ſoluit g̃anus dicens q⁹ in quo hereticus eſt inferior. ſ. hereſi p̄ot a flagicioſiſſimo catholico accuſari. de quo aūt hereticus eſt ſupior. ſ. in uerſatōe vite non p̄ot accuſari a flagicioſiſſimo catholico. Poſtea dicit q⁹ illud qō dr in. i. c. huius queſtionis ꝛ. c. accuſatio. ꝛ alīs multis ca. ſcz q⁹ paſtores ſunt poti⁹ tolerandi q̄z corripendi a ſubditis: intelligit de criminoſ vel etiā de bonis qui crimina ꝓbare non p̄nt. ꝛ ad hoc inducit ſequens ca.

Plerumqz Dicit hic aug⁹. q⁹ boni viri qñq̄z ſciunt occulta pctā alio⁹ ꝛ tamen tacēt. quia ꝓbare non poſſunt ea iudicibus vnde nō imputatur eis

§. De his Qui ſoli ſciunt: tñ accuſant ꝛ infamant intelligit vt dicit gratianus q⁹ dicit s. ca. ſententia de cham qui pudenda patris nō operuit: ſed ridendo monſtrauit. ſed hac autoritate non ꝓhibentur ſubditi ab accuſatōe ſed a proditione ſicut fecit cham: per que intelliguntur illi qui ſoli ſciunt alios tamē infamant.

§. Itē obiicitur Oppo nitur ad hucſcz q⁹ ſubditi etiam religioſi prelatos ſuos accuſare non poſſunt Et hoc ꝓbatur quatuor obiectionibus. Prima eſt de maria ſorore aa ron que lepra percuſſa eſt quia murmurauit in moyſen quia duxerat ethi opiſſam in vxorem. Secunda obiectio eſt de dauid qui cum fugeret a facie ſaulis ꝛ latuit in ſpelūca abſcidit ora̅ damidis ſaulis purgantis ventrem. de quo idem dauid ſeipſum poſtea reprehendit. Tercia eſt de oza cuz archa domini reduceret de gabaa in iheruſalem: ꝛ bobus recalcitrantibus inclinaretur manum a poſuit. Quarta eſt q⁹ infames efficiuntur qui accuſant prelatos ſuos: ꝛ ideo accuſare non poſſunt. Has obiectiones ſoluit ꝛ dat cuilibet obiectioni ſuam ſolutionem gratianus concludendo q⁹ ꝓpter hoc non remouentur ſubditi ab accuſatione prelatorum. Et primo ſoluit quod dictum eſt de archa: ꝛ innuit q⁹ per mariaz dauid ꝛ ozam ꝛ per eos qui reputabantur infames intelliguntur illi qui bonaz fidem ꝛ bona facta ſuoruz prelato⁹ reprehendūt bonitatem eo⁹ obfuſcare volentes. Sed malos prelatos bene poſſunt accuſare. qō probat ſequenti ca. q⁹ mali prelati nō ſunt prelati.

Paulus Januarius ep̄us die dominica ante miſſam ꝛ etiam poſt exarauit meſſem cuiuſdam layci violenter. de quo reprehendit eum papa Ille autem dicebat ſe non eſſe arguendū. ꝛ hoc ꝓbat autoritate pauli qui dicit. ſenioē non increpaueris. Sed gregorius rñdet ꝛ dicit hoc eſſe ſeruandū cuz ſeniores boni ſunt ſed cum ſuo exemplo viuentes corrumpuntur increpandi ſunt ſeniores. ꝛ hoc ꝓbatur duabus autoritatibus.

Non ōnes epiſcopi Heliodorus queſiuit a hieronimo an prelati eſſent accuſandi ꝛ eſſiciendi. Et reſpondet q⁹ boni vt Petrus ꝛ Stephanus non ſunt accuſandi: ſed bonorandi. Mali vero

sunt accusandi ꝛ proiiciendi sicut sal infatu
atũ vt iudas ꝛ nicolaꝰ. nec prodest eccliasti
ca dignitas in hoc. et hoc probat exemplo
centurionis ꝛ danielis

Non omnis Dicit hic ꝙ p columbã bonꝰ prelatus intelligitur qui est audiendꝰ. Per corruũ aũt malꝰ prelatꝰ intelligit: qui est repellendus

Secuti sunt Beda ponit in hoc. c. verba petri in epistola canonica ꝛ exponit ea intendens probare ꝙ prelati possunt accusari a suis subditis etiam prelatis. quia balaam malus propheta redargutus fuit ab asina quam equitabat. Mali prelati ꝓparantur balaam ꝛ fontibus sine aquis ꝛ nebulis tempestatibus. Per asinam vero etiaꝫ subditi laici intelliguntur.

§. Quia Concludit gratianꝰ ex supradictis capitulis ꝙ mali prelati possunt accusari a subditis nõ excusante eos officio vel auctoritate. qz criminaliter peccãs alteratur ꝛ capite minuit. Hõ probat sequenti. c.

Qui nec Dicit augustinꝰ ꝙ qui nec sua delicta nec filiorum corrigit non est dicendus epũs. sed canis impudicus

§. Quibꝰ ergo Cõcludit gratianꝰ ex supradictis ꝛ dicit ꝙ cuꝫ mali prelati amittũt nomen episcopi seniores ꝛ columbe merito poterunt a subditis accusari ꝛ aduocari. Infames ergo sunt qui bonos accusant qui vero malos: laudabiles fiunt. In fine §. exponit quod dicitur supra. c. maiorum. et dicit ꝙ minor ibi intelligitur non dignitate sed vita. Et hoc clare in sequenti capitulo probatur

Paulus Casus isti⁹ capituli planus est. Et inducuntur duo. ca. ad probandum ꝙ licet aliquis sit in minori dignitate alio: maior tñ est eo vita ꝛ sanctitate

Quãquã Augustinus hic omẽdat hieronimum ꝛ dicit ꝙ ꝓpius augꝰ. sit epũs: hieronimus phẽ tamen hieronimus est maior agustino vita ꝛ sanctitate.

Puto Probatur in capitulo isto ꝙ concilia vniuersalia preferuntur propter dignitatem statuts vnius epi scopi vel prouincialis concilij. quia licet cyprianus ꝛ paulꝰ sint in martirio pero ẽq̃les. tñ petrus maior est dignitate: ꝛ statuta eius sunt magis seruanda ꝯ alioꝝ. licz cñ vna sit martirij corona: tamẽ in cathedris excellentia.

Queritur Dicit hic ꝙ licet pater coram iudice cõqueratur de filio vel econuerso. filius est patri preferẽdus in veritate. in honore tamẽ pater est filio preferendus. et sic honor debitus patri seruatur vt equitas non perdat meritum

Beatꝰ Probat ambrosius in hoc capitulo petrum ꝛ paulum fuisse equales in passione ꝛ fidei deuotiõe. quia eodem die: eodem loco: ꝛ sub eodem persecutore susceperunt martirij coronam: vt vbi erat caput superstitionis vigeret caput sanctitatis

§. Item penitentes Probatum est supra in multis. c. ꝙ criminosi accusare non possunt. Idem dicit gratianus de penitentibus et bigamis. et ita colligitur ꝙ qui nõ sunt sacerdotes: nec dicta possunt in sacerdotis accusationez vel testificationem proferre non possunt Et hec probantur duobus. c. sequentib⁹.

Ipsi apostoli Dubitauit fuit a fabiano papa qui repellantur ab accusatione in testimonio sacerdotum. Et respondet ꝙ illi remouentur qui non sunt sacerdotes nec ẽ possunt. Intellige ratione criminis vel irregularitatis

Testes Idem querebat in hoc. ca. qđ quesitũ fuit in supiori. ꝛ respondetur ꝙ testes esse debent sine omni macula ꝛ suspitiõe. qz sacerdotes criminari non possunt nec in eos testificari. q̃ ad eundem honorem prouehi non possunt. et sic intelligitur. §. sequens

·§·Ecce Supra pbatum est q̄ subditi non possunt accusare prelatos. ⁊ rñsum est ꝯrarijs auctoritatib⁹ Nunc econtra ostendit q̄ subditi pñt accusare prelatos. ⁊ hoc pbatur exemplo dñi ⁊ petri. Nam dñs permisit iudeos ꝯra se testificari: ⁊ ita per ꝯsequens eu⁹ accusare potuerunt. Nam cui ꝓmittitur testificatio: et accusatio. Sed ad hoc dupliciter rñdetur Prima rñsio est: q̄ licet xp̄s esset pastor oium: non tñ fm legem veterem ⁊ nouā in regem vel sacerdotem ununctus erat. que vnctio prelaturam ꝯfert. Vel dicas q̄ dom⁹ hoc fecit ex humilitate ⁊ non de rigore iur⁊ Paulus similiter reprehendit petrum qui maior erat eo. Sed rñdetur q̄ non fuit mirum: q̄ cogebat gentes iudaizare: ⁊ a fide recedere. in quo casu bene accusañ prelati a subditis. Item⁊ petrus fuit reprehensus a fratribus quia intrauit domum Cornelij gentilis. sed huic obiectioni respondetur in sequenti ca.

Petrus Judei reprehendebāt petrum q̄ intrauit domu⁊ cornelij gentilis. sed dicit grego. q̄ petrus bene poterat suos repellere subditos ex potestate sui officij. sed rñdet se hoc fecisse auctoritate diuine virtutis.

·§·Cum ergo Cōcludit gratianus ex supō dicto ca. dicens q̄ non coguñ prelati exēplo petri recipe subdito⁹ accusationem: nisi faciant hoc ex humilitate sicut fecit petr⁹: non coactus sed volens. ⁊ ita intelligiť sequens ca.

Nos quidam Quidā conquerebātur de leone papa apud lodowicu⁊ de iniuriis facta. papa ꝓmittit se tempali iurisditioni: ⁊ rogat lodowicu⁊ impatorem vt tales nuncios mittat ad hec inquirenda qui deum timeāt: ⁊ qui vice imperialis glorie sic examinent ⁊ disterminent vt nulla possit in posteꝝ dubitatio remanere etiā si maiora opponañ ei q̄ ea que dicta sunt

·§·Item si balaā Adhuc probat gratianus quinq⁹ exemplis q̄ subditi pñt accusare prelatos. scz exemplo balaam qui fuit ab asina reprehensus. ⁊ exemplo iniquo⁹ predicatoꝝ qui fuerunt a daniele reprehensi. ⁊ exemplo damasi ⁊ symachi qui fuerūt a suis subditis reprehensi ⁊ accusati. fz singulis obiectionib⁹ singulas ponit solutiones per ordinem rñdendo

·§·Si quis Quidaꝝ redarguebant grego. q̄ multa faciebat ꝯra rationem. Dicit grego. vt veniant ad apl̄icam sedem ⁊ ibi cognoscañ: vt iusta inter eos feratur sñia

·§·Ex his Concludit gratianus ex supradictis plātos posse a suis subditis accusari. Sed rñdet q̄ isti apostolica exemplo domini nō cogerūt alios prelatos recipere subditos in accusationem suam. sed permiserūt hoc fieri ex humilitate.

·§·Paulus Paulus deaclinet, cusatus a subditis de lapsu carnis. deinde ꝓuictus depositus fuit eꝝ iudicō. substitutus fuit ei postea nemesion: qō an fuerit factum voluntate vel necessitate sequenti ca. declaratur

Lator Paulus eps depositus fuit: ⁊ nemesion fuit ei substitut⁹: quē paulus more predonis eparum ingressus ab ecclesia piecit: ⁊ ad necem fere perdidit: res ecclesie auferendo. de quibus omnibus nemesion ꝓquestus est pape. papa mādat Johanni epo: vt si dictus Paulus res ecclesie abstulit eum reddere ꝓpellat. si vero ipsi iohanni ꝓstiterit eum tñ res ꝓrias abstulisse: licz grauiter deliquerit: ne addatur afflictis afflictio eas ꝓmittatur habere. ita tñ q̄ si damnuz ecclesie intulit resartire modis omnibus ꝓpellať. ⁊ si de cetero ad epm scopatum aspirare temptauerit in monasterium ad agendam penitentiam perennem detrudatur.

·§·Hoc dico Concludit gratianus ex supradicto. c. lator q̄ cum accusatores epi vel depositores non puniuntur si ꝯra depositum procedit⁹ vt amplius ad epatum non aspiret. apparet q̄ subditi admissi sunt cōtra suum

prelatum non ex dispensatione: sed ex cen//
sura canonū. Et q admitti possint probat
per sequentia. c.

Metropolitanum Precepit grego. innocen. t alijs epis sardi
nie vt in causis suū metropolitanū nō dese
rant nisi velint agere ꝓtra eum. in quo casu
ad aplicum recurrant.

Dicut Clementius patriarcha fu
erat de quibusdam crimini
bus accusat⁹ quare papa delegat cām epis
ꝑcil'. michacij t precipit illis vt cuz omni so
licitudine aut viuacitate que dicta sunt in//
uestigentur. t si vera fuerint canonice puni
antur. t si quis in hoc fauore persone gra//
tia vel quolibet blandimento negligens fu
erit apud deum istoruz criminū particeps
reputabit

¶ Hec si quis Dicit gratia
nus q q supꝫ
dicta sunt q subditi possunt accusare prela
tos generalia sunt t nō spēalia. t si quis di
cat ea esse spēalia audiat quid dicit gelasi⁹:
de omnib⁹ clericis generaliter cuiuscūqz or
dinis

Quapropter Hoc. ca. ꝓti//
nuat illi. ca.
xij. q. ij. quatuor. vbi dicit q de redditibus
eccie ꝙtuor debent fieri portiones. Prima
epi. secda clericoꝝ. tertia fabrice. ꝙrta pauꝑ
bus est assignanda. Dicit ergo in hoc. c. q
si quis clericus viderit prelatuz suū in istis
ꝙrtis distribuendis peccantē t excedentez
statim debet romano pontifici nūciare t ꝑ
hoc nō nūciat vt puniatur excedens. qō si
non fecerit deponat

Si quid Precipit papa ꝗbus//
dam clericis vt si vide//
rint pontificem suū damnificantem res ec//
clesie vel facere ꝓtra prohibitionem. denū//
cient sibi vt puniat.

Clericos Videt in hoc. c. dici q
clerici t laici qui proni
sunt t faciles ad accusandum alios: non de
bent admitti ad accusandum epos vel cleri
cos: nisi prius eoꝝ opinio t vita discutiat.
Benenen. tñ intellexit aliter hoc mō scz q
clerici vel laici nō admittant in exceptis cri
minibus nisi accusati sint de crimine infa//
mati Sed prima positio magis ꝙsonat lit
tere t verior videt

Si quis epūs Dicit hic q
si quis accu
sauerit epm vel diaconem vel alterꝰ ordi//
nis clericum de quo vix aliqs ꝙmendatur
accusator cū ex odio fieri presumat sciat se
debere talia crimina inferre que probatiōi
bus t documentis valeat plenarie demon
strare.

Criminatiões Dicit q si
aliq sint ig
noti qui velint alios accusare: q non sunt
admittendi nisi prius coram iudice se pro//
bent irreprehensibiles esse t omni suspitōe
carere. Si intelligas. ca. de notis dicit q
nō sunt admittendi ad accusationem facer
dotum nisi probent coꝝ iudice rē. qō ꝓba
tur eo ipso q ꝙtrarū non probat

¶ Colligitur Gratianꝰ ex su
pradictis infert
q subditi bene possunt accusare prelatos.
Sed postea querit an mōachi possunt ac
cusare epos. t videt q remoueant. Et hoc
probat ꝑ sequentia. c.

Placuit Hoc. c. intelligit de mo
nachis ꝑm gratianum.
Sic ergo pone casuz Quesitū fuit ab adri
ano an monachi vocē accusandi epos: vel
ꝙtra eos testificandi habeant. Et respon//
det q nō. qz mortui sunt nō humanis acti//
bus. quia loquūtur vt alij homines: vel qz
intersunt ꝙtractibus vt emptionis vel ven
ditionis. sed diuinis id est accusationibus
epoꝝ que dei timore fieri debent In ꝙcilio
etiam calcedonen. precipitur vt non presu//
mant eccliasticas accusatōes tractare Qui
da m tamen intelligunt hoc. ca. de crimino
sis qui mortui sunt non humanis vocib⁹.
id est malicijs. sed diuinis: id est bonis ope
ribus vel humanis. quia vocem habent vt
alij homines. et ꝑm hoc nō facit ad propo//
situ gratiani

Nullus Dicitur hic q nullꝰ mo//
nachus presumat aliquē
accusare: vel perturbare secularia negotia:

vel ecclesiastica. quia in talibus mortua est vox eorum

§. Sed aliud est Soluit g tian⁹ et dicit q monachi non admittunt ad accusandum epos ex presumptione temeritatis: sed necessitate caritatis bene admittunt. vnde precipit vt ocubicularij epi sint clerici religiosi vel monachi: vt de eius vita testimonium dicere possint. z q possint admitti etiaz monachi probat p sequentia ca. z primi ca. casus est planus.

Sancta quippe Quidā monachi erant valde in se religiosi. sed circa correctōez alioz erant tepidi z remissi. Tales reprehendit ibero. dicens q sancta rusticitas tm̄ sibi pdest. z quantum ex vite merito edificant ecclesiam: tantū nocent si destruentibus eam non resistant.

Admonendi Quidā subditi in bonis ac malis obediebant suis prelatis. Sed dicit gregz. q admonendi sunt ne plus q̄z expediat sint subiecti: vt vitia illoz non ꝓpellātur venerari

Cum pastoris Quidā epi non habebant clericos cubicularios secum sed pueros seculares. quoz vita qualis esset in secreto erat ignota clericis: secularibus autē pueris nota. Precipit ergo grego. vt epi secum habeant clericos vel monachos ocubicularios: qui possint esse testes de vita et ouersatōe ipsoz in secreto: z ex sedula visione exemplum pfectus sumant

Peruenit Epus marsilien. pra uos hoīes habebat in sua ouersatōe: z precipue quendam presbiterz fornicatorem. hoc cuenit ad noticiā grego. quare precipit virgilio epo vt marsilien. vltione ꝓpescat. z pbām fornicatorē cogat penitere. Casus aūt sequentis. c. planus est. q nihil aliud dicit nisi q epi secum debent habere hoīes boni testimonij vt irreprehensibiles a ꝓpareant

§. Item iohannes. per hunc. §. probat Gratianus q subditi possunt accusare prelatos. quia dicit q Johannes redarguebat iudeos ad se venientes.

§. Item Hunc concludit gratianus ex supradictis. Dictum est supra q illi possunt accusare sacerdotes qui ad eundem gradū ascendere pñt: sz monachi possunt, ergo monachi possunt accusare sacerdotes.

Questio VIII.

De accusatione.

Hic ponit. viij. questio qua queritur an accusatio debeat fieri in scriptis. z probat primo q sic. postea probatur oppositum: z postea solut in. §. Sed calixtus

Accusatoz Quesituz fuit a lecto an accusatores recipi debeāt sine scriptura: z accusatores absente. z certe rñdetur q non.

Sciant Dicitur in hac lege q accusatores accusationem suam debent deferre in publicam notiām quam possit testibus z alijs probationib⁹ iuridici demonstrare

Quisquis Hoc. c. diuiditur in duas partes In prima parte dicit q qui vult aliuz accusare in iudicium veniet z indicet nomen rei: ad penam talionis obligādo: ita q accusatus in custodia habeant: cōsiderata dignitate persone. z si accusator non probauerit punit pena talionis In secunda parte que incipit ibi Qui vero dicitur q qui vadunt ad sacrilegos z magos non admittuntur ad oīmunionem. Casus sequēns ca. planus est.

§. Sed stephanus. Probauit supra gratianus q accusatio debet fieri in scriptis. modo videt pbare oppositum: z pbat sufficialiter.

Per scripta Quesitū est vtrū per epl̄am possit quis aliū accusare Et rñdetur q non. sz oportet ce ꝓpria z accusato p̄sente. q absens ab alio quo accusari non potest.

§. Sed calixt⁹ Fianus solutatem hanc. qz qđ dicit calixt⁹ intelligit q accusator debet presente accusato ⁊ in scriptis accusationez iudici offerre. sed stephanus prohibet ne aliquis accuset alium per epistolam

Libellor Dicit in hac lege qualiter libellus accusationis in adulterio ꝯcipi debeat. ⁊ debet hoc modo. Lutius titius tali die apud talē iudicem accusat. A. mulierem de adulterio: qđ dicit eam cū. B. ꝯmisisse in tali ciuitate mense tali: in domo tali: talibus cōsulib⁹ tunc existentibus. Sed diem ⁊ horam assignare non ꝯpellit. ⁊ si libelli non sunt legitime ꝯcepti nomen rei absoluet ⁊ iterū poterit accusari. Preterea inscribere debz accusator vel laicus pro eo q si ipse nescit litteras. et si aliud crimen obijciatur debet in libello accusationis ꝯprehendi. et si accusator decesserit vel alia cā eum impedierit accusare nomen rei abolet ex prestolante. et ex integro infra. xxx. dies poterit ab eo accusari. Eo modo ſm decretistas formabitur libellus. excepto eo q vbi ponit nomen imperatoris. ibi ponetur nomen pape. et vbi ponitur nomen consulis ponet nomen episcopi

Causa .III.

Quida epūs. Supra in prima causa tractauit de ordine iudiciorum ⁊ de restitutione spoliatorum Sed quia non ad plenum dixerat. Ideo supponit hanc causam tertiam in qua plenius tractat de restitutione spoliatorum ⁊ de inducijs dandis. et an infames sint admittendi ad accusandum. et quales testes sint admittendi. et qualis debeat esse iudex. et de multis alijs que omnia vt aptius patebunt theuma proponit de quo .ti. elicit q siones

Questio .I.

Quod restitutio Intitulatur prima qō qua queritur an restitutio sit danda omnib⁹ expoliatis. Et probat q sic p. c. sequentia.

Epis Quesitum fuit vtrum crimen aliqđ possit obijci epis: reb⁹ suis expoliatis: vel de sedibus suis ejectis ante restitutionem. Et certe respondet papa q non

Episcopi Dicitur hic q non debent episcopi ad synodum vocari vel eis crimen aliquod obijci: nisi pri⁹ res proprie vel eccie eis fuerint restitute. nisi spoliati essent autoritate romani pontificis.

§. Sed notandum. Dicit gra. in hoc. §. q non sufficit si restitutio fiat solis verbis vel p sniam. nisi presentialiter omnia restituantur officio iudicis: vt expulsus habeat ciuilem ⁊ naturalē possessionem p se vel animo suo ⁊ corpore alieno vt p procuratorem. et in eodem loco vnde ablata sunt fiat restitutio. Quod probatur sequenti. c.

Reintegranda Quesitū fuit a iohanne papa p zachariam qualiter debeat fieri restitutio expoliatis epis ⁊ ejectis. Et respondet io. papa q oia corporaliter sunt eis restituenda in eo loco vnde ablata sunt quacūq ꝯditione fuerint eis ablata. siue p dolum: siue p violentiā: vel quacuq alia iniusta causa

Nulli Quidam epi iniuste fuerunt expoliati ⁊ a suis sedibus ejecti. alij epi non iuuabant eos. imo qđ deterius est ponebant insidias diabolo instigāte. quos alexander reprehendit dicens tales esse scismaticos ⁊ christum crucifigētes in ipsis expoliatis epis. Et q facere nō debent hoc: probat. quia sepe boni: diabolo cooperante tribulationem patiuntur per malos.

Deus ergo Precipit fabian⁹ papa omnib⁹ episcopis q ipsi opem ferant et auxilium sacerdotibus expoliatis eos restituendo. et eos q calumniatores et persecutores excommunicando

§. Patet Concludit gratianꝰ ex supradictis: q̄ expoliati non debent vocari ad causam nisi priꝰ fuerint corpaliter restituti. Huic ꝯclusiōi obijcit hoc modo Nam vbi non fuit legitima institutio: restitutio esse nō potest. Unde si qui non fuerint electi: vel per symoniam fuerint electi: restitutiōem postulare non pñt. ⁊ hoc ꝓbat gratianus per ca. lxxix. di. si q̄s pecunia. Postea soluit ⁊ dicit q̄ illud. c. intelligit tm̄ in eo casu quo sedes apostolica per violentiaz occupat. ⁊ si talis expellatur non fit restitutio. q̄ non esset iudex supior: sub quo restitutus ꝓueniretur. Alij vero intrusores ⁊ iniusti detentores si spolient debent restitui: nisi continuato libello possessio fuerit recuperata: secus si non ꝓtinuato libello.

Questio II

De inducijs Hic intitulatur. ij. questio q̄ queritur an dande sint inducie post restitutōem. ⁊ ꝓbat gratianꝰ per sequentia ca. q̄ sic

Quanto Dicit in hoc. c. q̄ tantū tempus dandum est expoliatis añ̄ ad synodū vocent q̄nto tpe fuerūt expoliati: vt sub eod̄ eis inducie dent

Cum ecclesie Dicit hic q̄ nihil pōt obijci expoliato nisi primo eis omnia fuerint restituta quibus fuerat spoliatus. ⁊ nisi post restitutōnem habuit tempus a patrib⁹ diffinitum. Casus autem sequentis ca. facilis est ⁊ p te videbis.

Audiuimus Quidam quosdam epos infamauerunt ⁊ a ꝓprijs sedibus expulerunt. ⁊ eis expulsis alios loco eoꝝ substituerūt: expulsis viuentibus. quare grego. papa reꝑhendit eos grauiter: ⁊ mandat deiectoribꝰ vt deiectos restituant: ⁊ substitutos deijciant: quos precipit infames fieri: ⁊ ab bonoribus ecclesie arceri. Si autem isti deiectores aliquam querelam contra eos habuerint: eis restitutis apud Romanam sedem proponant. Casus autem sequentis ca. planus est.

Prius ergo Hoc ca. idem dicit cum superiori ca. cum ecclesie. Sequens vero ca. idem dicit cum illo ca. quanto.

Si episcopus Aliquis episcopus erat spoliatus rebus suis vel ecclesie. vel erat de ecclesia electus. Quesitum fuit a Felice papa vtrum possit ꝓpelli venire ad synodum: ⁊ respondere obiectis ante restitutionem. Et respondet q̄ non: nisi suo statu ⁊ bono ri primo fuerit restitutus. nec vocari potest nisi sponte venerit pro suis negocijs finire nime tamen iudicandus: cum propter hoc non venerit. Post restitutionem vero non gaudebit inducijs: prout iudices viderint expedire

§. Quod si male Supdictū est generaliter: expulsos esse restituendos. nec aliter cogi possunt respondere. Hodo excipit gratianus casum in quo non videtur restituendus ante cause cognitōem. puta si suspectus est de dilapidatione: exemplo tutorum ⁊ curatorum. ⁊ hoc probatur sequenti capl̄o

Quia ea Clerici quidam accusabant matrimoniū dilapidatōe. quare pelagius ꝓmisit causā petro pbro: cui precipit vt eum ab administratione rei ecclesie remoueat donec de cā cognoscat. q: si remaneret in administratō ne non posset de facili veritas cognosci: cā per pecuniam fiant.

Questio III.

Quod vero Hic ponitur tercia questio in qua queritur an post vocationem facta restitutione sint inducie concedende. Et respondetur q̄ sic. ⁊ hoc ꝓbatur per ca. sequentia. ⁊ agitur de preparatoriis iudicij: tam in criminali causa: vt in sequentibus ca. q̄s in ciuili. vt in. l. sequentibus §. spacium.

Cum accusatus Questum fuit a Felice papa an accusato sint preparatorie inducie denegande cum ad synodū veniens

Et respondetur q̄ non si ipse eas postula-
uerit ⁊ iudices quos elegerit tribuant sibi.

De inducijs Duo epi egyptij quesierūt a felice papa qualiter inducie preparatorie ⁊ quales essent eis ꝯcedende. Et rñdet q̄ quidam ꝯcedūt annuz ⁊ dimidium. quidā tm̄ annū. alij vero sex menses. et si he concedunt laicis: multo fortius sunt sacerdotib⁹ ꝯcende. Non enim sub angusto tpe sunt eis inducie ꝯcedende. sed sub longo vt possint se preparare ad suos testes producendos ⁊ ad querenda amicoz̄ ꝯsilia.

Inducie Dicitur in hoc. cap. q̄ magne inducie dande sunt ne inordinate aliquid fiat. quia multa fiunt p obreptionem

¶ Spacium Dic tractat d̄ inducijs ꝑpatoz̄ijs in cā cuili ⁊ etiā in criminali q̄ pares videntur fm̄ leges.

¶ Hac rōne Quesitū fuit ab imperatore sup quanto spacio inducie preparatorie debe-
rent dari. Et respondetur dicens q̄ si instrumenta vel testes petuntur in ea prouincia vbi lis est dantur tres menses. si ex cōtrāsmarina dā-
tur nouem menses. nec has inducias putēt semper pro suo arbitrio retribuendas. sed nunc demum cuz necessitas exegerit nec facile amplius ꝯ semel. nec causa protraben-
delitis dilatio tribuat.

¶ Ei autem Aliquis impetrauit litteras ab imperatore ad iudicem extraordinariū: postea petebat inducias. Quesituz fuit ab imperatore an debeant ei dari. Et respondet q̄ non. Ei vero qui ad iudicium vocatur dande sunt ad probāda mendacia pretenta quibus instructus esse non potuit qui-
ta: ⁊ ad proferendos testes ⁊ instrumen-
cum: preter spem ad iudicem trahitur alienum.

¶ Cum vero Quicūd Benedictus dixit ego bartholomeus brixien. sic credo casum esse ponendum. et sic intelleri p hu-
gelinum dominum meum. causa appellationis cōmissa fuit iudici qui plene de causa cognouit. renunciatum fuit in causa. cum autez iudex de sententia ferenda dubitaret consuluit imperatorem super hoc: imperator rescribit qualiter esset sententia ferenda. Querebatur vtrum inducie sint dande iterum. Et respondetur q̄ non: siue in primo iudicio date sunt dilationes siue non. quia et si princpes vellet ferre sentētiam nulla daretur dilatio. Et fm̄ hoc dic ad consultationem scz appellationis. Idem etiaz credo esse ⁊ si in principali causa eodē modo esset relatio facta.

¶ A iudice Dicitur in hac lege q̄ inducie peti non debent a iudice etiam si vtra q̄z parte p̄sente tribui petantur. cum dari debeant inducie a iudice sedente pro tribunali: et etiā cum cause cognitione. vt si dilationis petitio fuerit improbata per sententiaz iudicis diuinatur

Libellum vero non Hoc autem locum habet ante litem contestatam. Dicitur hic q̄ actor non debet per iudicem porrigere libellum reo nisi pri⁹ ipi reo prestiterit cautionem vel eius procuratori vel ipsi apparitori qui litem contestabitur infra duos menses. et si hoc non fecerit omne damnum ei contingens ex hoc ei restituet

Offeratur Dic autem loquitur de inducijs dilatorijs. Quesitum fuit a iustiniano quali-
ter sit procedendum in causa: cum inducie deliberatorie postulantur. Et respondetur q̄ prius dari debet libellus reo. deinde prebitis sportulis ⁊ data fideiussione habeat inducias viginti dierum in quibus deliberat: cedat: vel contendat: vel recuset iudicē suspectum. nisi ille sit quem petijt alio iam recusato. vel petat alium sociari suspecto iudici. et cum reus ad iudicium venerit interrogetur an viginti dies transierint. q̄ ex eius responsione ⁊ libelli subscriptione dinosci poterit quam reus facit cum recipit libellum. aliter autem litis contestis facta pro nulla habetur.

Quod fieri nõ Hoc autẽ ti. ꝓtinuat ei quod dicitur supra ea. Ei autem dilato vbi dicit ꝙ quis quandoq; trahitur ad extraordinarium iudicem. Dicit ergo hic ꝙ hoc fieri non debet: nisi accusator prius satisfecerit certam ꝓmittens quantitatem si non exequat causam: & exequens non vincat. & si post tempus statutum a iudice infra decem dies reo presente nõ occurrat: dimittatur reus: exacto eo quod promissum est. Et si quid circa litem plus impenderit: cũ taxatione iudicis iuramẽto prestito exigat

Questio IIII

Quod vero Hec est q̃stio quarta qua queritur an infames vel nõ legitime conuicti possint admitti ad accusationem episcoporum & etiam aliorũ. Sed ꝙ remoueri debeant multorum auctoritatibus ꝓbatur

Alieni Casum istum habuisti ś. ij. q. vij. alieni. & ibi videbis plenarie.

Beatus Quesitum fuit ab Anacleto vtrum apostata sit recipiendus ad accusandum vel testificandum. Et rñdet ꝙ non. immo omnis apostata refutandus est ante reuersionem. quia hoc statuit Clemens cum suis sanctis collegis.

Si quis Dicit hic ꝙ omnis apostata infamis efficit nec recipit ad accusandum. Secundo dicitur ꝙ primo fides & uersio est perscrutanda & si irreprehensibilis apparuerit admittat ad accusandum

Consanguineorum Dicit in hoc ca. ꝙ illi qui incestuose iungũtur: & qui sine dotali titulo & sine benedictõne sacerdotis. i. occulte iungunt non recipiuntur in accusatõem sacerdotũ vel legitime ꝓiuncto ꝙ: qr infames sunt. & non soluz isti repellunt: sed etiam omnes eis ꝓsentientes & hoc in prima ꝑte. In scõa ꝑte dr ꝙ raptores & qui impetunt seniores suos repellunt ab accusatõe cum sint infames iure canonũ & leges secull eos interficiunt. Secũdus in capit ibi Similiter.

Conspiratores Dicit hic ꝙ conspiratores & anathematizati non possunt aliquẽ accusare

Nullus Anathematizatus non recipitur in accusatõnem. Et dicitur anathematizatus quem episcopus suis literis anathematizat. vel qui incidit in canonem late sñie. Casus sequentis ca. planus est.

Clericus Quesitum fuit an clericus qui suum ep̃m per calumniã accusauit: vel insidiatorẽ ei extitit repellatur ab accusatione. Et dicit ꝙ sic: & infamis effectus est: & depositus tradi debet curie seruitutis.

Hi qui Dicit hic ꝙ hi qui suos episcopos iniuste persequunt: & per calumniã a suis sedibus remouere conant: non possunt suos epos accusare: vel in eos testificari. qr infames sunt & exilio digni iudicant: licet a morte ꝓhibeantur: dicente domino Nolo mortẽ peccatoris &c. Hoc autem verbũ. quos nõ ab humanis rẽ. supra. ij. q. vij. fuit expositum in ca. placuit eorum.

Detractores Dicit hic qui detractores qui inter alios discordias ponunt alijs: & qui inter alios discordias ponunt remouendi sunt ab accusatõne & testimonio eporum.

Nulli Dicitur hic ꝙ nullus infamis vel sacrileg⁹ potest religiosum vel christianum accusare vel otra eum testificari: cuius christianus ille sit vilis vel seruilis persone.

§. Notandum vero Supra in ca. conspiratores & ca. nullus & ca. sequenti facta fuit mentio de anathemate. Ideo gratianus ponit hunc. §. vt assignet differentiã inter excoicatõem & anathema. & ad hoc inducit sequens ca.

Engeltrudam Ad suggestionem Engeltrude vxoris Bosonis Lotharius dis-

misit tebergam ꝛ supduxit gueltrudam: p̄ pter qđ iohannes papa remouit eam: non solū a supna societate: id est a cōione sancto rū: que minor excōicatio dicit. sed etiā a cor pore xp̄i: id est a cōione fideliū: que anathe ma: id est maior excōicatio dicit.

¶. Vnde Cōcludit gratian⁹ ex supradictis q̄ anathe matizati intelliguntur in superioribus .c. nō solū qui excōmunicati sunt minori excōicatione sed etiam maiori

¶ Questio V.

Quod vero Dicit inti tulat q̄n mo accusatores inimici sunt audiendi. Et p bat p̄ sequentia .c. q̄ non: nisi in cā mrīmo niali. vt. xxxv. q. vi. ca. i.

Consanguinei Dicit in ꝟ guinei accusatores vel familiares eor̄ vel ꝺ domo sua prodeūtes ꝺtra extraneos testi ficari non possunt. si tamen partes consen serint consanguinei inter se testificentur. et non in alios.

Accusatores Quesitus fuit ab Anacleto vtr̄ illi āte hesternum diem vel nudi⁹ tertius fuerunt inimici sint in testimoniū admittē di. Et respondet q̄ nō ne lesi velint vlcisci. quare querendi sunt testes inoffensi ꝛ non suspecti. Et dicāte hesternum diez genera liter pro preterito tpe ponit. nudius tertius pro die tertia. id est nūc est tertia dies

Accusatoribꝰ Hoc .c. diui dit in duas partes In prima parte dicit q̄ synod⁹ pro hibuit vt accusatoribus inimicis vel qui cuz inimicis morant vel de domo inimici pro deuntibus vel suspectis non credat volen tibus accusare: ꝛ si quis phibita infringere tentauerit: si clericus est deponat: si mona chus vel laicus excōicet. In scđa parte du atur q̄ qui pontificib⁹ illatas secretas vel manifestas insidias ad ecclesiasticam nocuiā gerint puniendos ꝛ ꝺdemnando q̄ hmōi sententia plectit potiat honore. illi vero q̄ aduersus eos moliant deponant: ꝛ rebus

ablatis perpetuo tradant exilio.

Suspectos Dic enumerant septē genera pso nar̄ que apli ꝛ papa statuerūt eē remouen dos ab accusatiōe ꝛ testimonio deferendo q̄ testes esse non possunt

De accusationibus Epi galliar̄ quesierūt ab eusebio papa q̄ accusatores non admittūtur ꝺtra clericos Qui rñdet dicens q̄ illi nō admittunt tpe apl̄oz in ciuitate romana quos leges secu li non admittūt nec nos eos admittim⁹ ve stigia pat̄ sequentes dicit eusebi⁹ nec iu dices tales recipiant.

Canonica Dic enumerantur viij. genera hominū qui oīo remouent ab accusatione epōrum infames ꝛc. ita q̄ ista tria: fides: vita ꝛ liber tas pro vno genere ponant.

Accusatores Dicitur ħ q̄ lex diuina re pellit omnes accusationes ꝛ accusatores ꝛ eor̄ negotia: id ē testimonia que seculares leges nō admittūt. ꝛ generaliter omnes lai ci repellūtur cum sint inferiores ꝛ a clericis nolunt accusari

Accusatores Dicit hic q̄ oēs remouet stephanus ab accusatōe quos leges seculi repellūt ꝛ aplici phibuerūt. ꝛ hoc in prima parte In scđa q̄ incipit ibi L Null⁹] dicit q̄ null⁹ alienigena sit epōr̄ accusator vel iu dex. et hoc probat autoritate veteris testa menti. Itez null⁹ seru⁹ null⁹ libert⁹ ꝛ nulla suspecta vel infamis psona accuset

Constituimus In ħ. cap̄. enumeran tur .xv. genera hominū q̄ ab accusatiōe vel testimonio repellunt. quia infames sunt ꝛ vox eor̄ est funesta in talib⁹ ¶ Hēqns. c. patz in quo numerant. viij. genera hoīm q̄ ab accusatiōe vel testimonio repellūtur

Nullus In hoc capitulo enume rantur nouem genera p̄ sonarum qui ab accusatione episcoporum repelluntur

Accusatores Quesitum fuit a Calixto vtrum possint accusare vel testificari suspecti familiares vel de domo pdeuntes vel vtz psanguinei ad eius testimoniū admittant. Et rñdet q non. quia ꝓpinquitatis vel familiaritatis vel donationis affectio veritatem impedire solz. z carnalis amor z timor z auaricia sensus hominum consueuit hebetare.

Omnes Statuit gelasi⁹ in hoc ca. q omnes illi qui aduersus patres carnales vel spūales armantur eos calumniando sunt infames. nec recipiuntur in accusatione epoꝝ. Nec illi admittuntur qui ex odio vel ex amicicia vl mala suspitione ad accusationem pdeunt.

§. Quod vero Reddit gratianus hic rationem quare inimici ab accusatōe repelluntur. scz quia ipoꝝ calliditate innocēs oppimi solet Idem est de inimico iudice z suspecto a quo nullus est ꝺdemnandus cui⁹ crimina sint manifesta. z si condemnatus fuerit debet restitui. Sicut factum fuit de athanasio qui ab inimico patriarcha depositus fuit. Et q inimic⁹ iudex esse nō debeat pbatur sequenti ca.

Quia suspecti Ignatius constantinopolitanus patriarcha a quibusdam suffraganeis sibi suspectis z inimicis fuit depositus autoritate z fauore Michaelis imperatoris eius inimici. Sed nicolaus papa hoc redarguens dicit ip̄m Ignatiuz ab inimicis non debuisse iudicari Et hoc probat duabus rationibus: et duobus exemplis: z tribus autoritatibus. Prima ratio est circa principium vbi dicitur L. Nā quid grauius Secunda ratio est circa finem vbi dicitur L. Nam quomodo Primum exemplum incipit ibi L. Dinesanctus Prima autoritas est ibi L. Quod pro iude Secunda ibi L. Veniat Tercia ibi Let reuera Sequens. §. p se patet

Questio VI.

Extra prouinciā Dicit intitulatur sexta questio qua quēritur an reus sit extra prouinciam producendus vt coram suo iudice non ꝺemnetur: sed coram alio. Et certum est q non vt probatur per sequentia in casibus qui notant in summa huius questionis

Ibi semper Quesiuit Sylvanus episcopus vbi causa criminaliter debet agi: z qualem penam calumniator patiatur. Et respondet papa q causa semper debet agi vbi crimen ꝺmittit z calumniator debet pena talionis puniri.

Si quis episcoporū Quesitum fuit si ep̄s accusatur sup aliquibus criminibus coram quibus debet accusari. Et respōdet papa q coram episcopis eiusdem prouincie z non alibi. Sequēs autem. §. patet.

Pulsatus Dicit in hoc. q si ꝺs coꝝ suo iudice fuerit vocatus dz coram eodē rñdere. sed coram alieno iudice vocat⁹ nō rñdeat nisi velit. Is suū priuilegiū allegabit. Appellanti ꝺo debent induciedari ad suam appellatōnem p sequendam.

§. Hoc autem Iste. §. respicit illū. c. ibi vbi dz q sp cā agitat vbi crimen ꝺmittitur. Sed dicit gra. hoc vez est cū alibi de crimine non pr. z hoc allegando dicit. vel nō liquere non pr. z hoc allegando dicit. vel nisi ad maiorē iudicē recurrat per appellationem vel p recusatōem pr̄i iudicis.

Vltra Dicitur in hoc cap. q vltra suam prouinciam reus trahi non debet vel accusari: nisi ad papam fuerit appellatum.

Accusatus Quidam episcop⁹ accusatus fuit z condemnatus a comprouincialibus episcopis. Ille volebat appellare z retractare iudicium: queritur an possit. Et respondet q sic. z donec iudicium eius pendet alius nō substituat. quoniam licet episcopi comprouinciales possint causam criminalem episcopi examinare: non tamen possunt diffinire nisi consulto papa.

Quãuis Quesitum fuit a papa vtrum comprouincia-
les episcopi vel archiepiscopi vel primates
possunt diffinire causas criminales episco
porum. Et respondetur q̃ non: sine auto-
ritate speciali pape. licet possint eas exami
nare. Sic statutum fuit a tempore aposto
lorum ꝛ eorum successoribus. ꝛ donec papa
causas eorum diffiniat: alij loco eorum non po
nantur. Causas vero aliorum clericorum ꝛ dif-
finire ꝛ ventilare possunt

Multum Anastasius metropo-
litanus citauit quen
dam suum suffraganeum vt veniret aduer
sario responsurus. ille vero non venit infir
mitatis causam pretendens. consuluit ana
stasius papam quid de eo faciendum esset
sed tamen pendente consultatione ipm de-
posuit: eo solo q̃ vocatus non venit. Leo
ergo mendat eum in benefactis. sed in hoc
facto vehementer eum redarguit duab⁹ ra
tionibus. Una est quia pendente consultati
one nil debuit fecisse. ꝫ expectasse quid pa
pa responderet. Alia est quia et si peccatum
commisisset propter qđ deponi deberet: a solo
papa erat deponendus

Dudum Orientales epi in du
obus delinquebant:
ꝫ in congregandis concilijs vniuersalib⁹ ꝛ de
ponendis epis absq̃ licentia pape. Ex do
cet iulius papa q̃ hoc facere nõ debent. qr
concilium ꝛ omnes maiores cause solo roma
no pontifici reseruãtur. qui vice petri apo-
stoli omnibus principatur et caput est om
nium aliorum

¶ Aliquando Dictum est su
pra in multis
ca. q̃ solus papa debet epos deponere. ali-
quin si factum erit irritabit. Nunc ostendit
gratianus q̃ multoties romana eccia ab
alijs depositos: ꝛ alios loco eorum substi-
tutos pro bono pacis tolerauit. qđ proba
tur sequenti. c.

Hec quippe Doleñ. eccia di
cebat se esse ar-
chiepalem ꝛ omnes epos britannie suos eccl
suffraganeos. Huius partem fouebat salo
mon rex britonum. Sed turonen. ecõtra
dicebat: cuius partem karolus tuebatur.
Contigit autem q̃ dolensis ad fauorem ꝛ
metum regis salomonis quosdam epos de
posuit et alios loco eorum subrogauit. Tu
ronen. vero conquestus est de hoc pape. et
super hoc priuilegia ostendebat. per que do
cebat prefatos epos sibi fauore subiectos.
Precipit igitur papa salomoni vt omnes
episcopos sui regni non differat mittere ad
turonen. archiepm. maxime cum videatur
ad eum spectare quatenus coram ipso ap-
pareat an ipsi episcopi quo ad delicta. ꝛ si
non quo ad ordinem sint canonice destitu-
ti ꝛ alij eis legitime substituti. qđ si hoc nõ
vult mittat romam duos de expulsis: ꝛ du
os de subrogatis cum legato ecclesie sue vt
ibi veritas super hoc negotio cognoscatur
questione tamen de sede metropolitana re
seruata: donec inter salomonem ꝛ karolum
pax reformetur. verum si de hoc ipso velint
cognosci mittant romam quatenus apo-
stolico libramine quesit archiepiscopalis
eccia innotescat. vt deinceps nulla possit
dubitatio remanere

¶ Alias Dictum est supra in. §. ali-
quando q̃ pro bono pa-
cis papa tolerauit depositiones eporum
ab alijs factas. Nunc vero dicit gratianus
q̃ als: nisi pro bono pacis tolerasset irrita
esset depositio. vt in sequenti. c. dicit.

Irritam Quidam episcopi de
positi fuerunt sine au-
toritate pape. et ideo dicit felix papa irritã
esse eorum damnationem ꝛ a synodo retractã
dam. vt oppressis omnibus subueniat ple
narie.

¶ Quod autem Dictum
fuit. §. in. c. hec quippe q̃ suffraganei debẽt ire ad
iudicium sui metropolitani scilz ad turonen.
et ideo gra. vult ostendere q̃ suffraganei iu
dicium sui archiepiscopi declinare nõ de-
bent et ad alium iudicem ire. Et hoc pro-
bat per sequentia. c.

Peregrina Quesitum fuit a
Sixto vtrum va
leant ille sententie que a iudicijs extraneis
proferuntur. Et respondet q̃ nõ nisi fuerit

appellatum. vel papa ꝓpria voluntate causam delegauerit. qz indignū est vt qui ꝓuinciales electos debeant habere iudices: ab alienis iudicent.

Leges ecclesie Inadet in hoc ca. ꝓfirmans ꝓstitutiones ecclesie dicit q̄ alienigena iudex esse non debet. Et hoc ꝓbat exemplo loth: cui dictum fuit a sodomitis. ingressus ꝛc̄.

Non liceat Quesituz fuit vtz episcopo liceat agere vel respondere sub iudice non suo. Et respondet q̄ non: saluata in omnib⁹ romane ecclesie reuerentia. quod si facere presumpserit deponet

¶. Reuerentia Quia supin. ca. non liceat mentionem fecit de reuerentia pape. ideo gratianus dicit quesit illa reuerentia. scz cum appellat ad eum: vel cum ab eo iudices extranei ꝓcedunt.

Vnaquęqz Dicitur hic q̄ q̄libet ꝓuincia ꝓprios debet habere iudices ad quos comprouinciales recurrant: nisi sedes apostolica aliter decreuerit

Neminem Hoc cap̄. diuidit in duas ptes. In prima parte dicitur: q̄ nullus debet trahi extra suam prouinciam vel comitatum. ita q̄ actor semper forum rei sequatur: nisi fuerit appellatum ad maiorem iudicem. vel nisi ad iussionem maioris iudicis datus fuerit iudex. In secūda parte dicitur q̄ in qualibet prouincia synodus causas audire debet ꝛ terminare infra sue prouincie terminos. ꝛ omnis accusatio fiat intra prouinciam. sicut in Niceno concilio continet. Secunda pars incipit ibi [Illa quesunt]

Si quis Dicitur hic q̄ de quocūq̄ crimine quis accusatur tantū in sua prouincia respondeat. nec accusator eum ad allam prouinciam trahere nitatur. Sequens ca. planum est ꝛ ꝑ se patet.

Questio VII

Quod iudex Dicitur titulat vij. questio qua querit: an iudex cē possit qui pari delicto cuz reo vel maiori ficit. ꝛ q̄ non possit iudicare multis autoritatibus ꝓbatur. ꝓsueuit tū dici q̄ donec iudex tolerat q̄ iudicare potest ex officio suo. sed non de iure mero. vt infra. e. §. vlti. Hi hi videt q̄ repelli debeat si crimen fuerit cōtra eum ꝓbatum in modū exceptionis. sicz ꝓtingit de teste qui repellit probato crimine in modum exceptionis. ꝛ sicut de electo ad dignitatem ꝓtingit: cum el obiicitur aliquid vt repellatur ab electione Sequēs ca. planum est

¶. Tria Dicitur in hoc. §. q̄ tribus de causis repellitur aliquis ne iudex fiat. scz natura. lege. ꝛ moribus. Natura impeditur surdus. mutus. ꝛ perpetuo furiosus. ꝛ impubes. Lege vt ille qui remouetur a senatu ꝓpter suam turpitudinem. Moribus: vt mulier ꝛ seruus: non ido q̄ iudicare non possunt. sed qz moribus obstat ne ciuilibus fungant officijs. sed si delegatur causa seruo qui putat liber esse eius sententia.

Infames In hac lege hoc ordine ꝓcedit. Primo dicit q̄ infames non possunt esse ꝓcuratores vel aduocati. Secundo quid sit postulare. Postulare est scilicet desiderium suum vel amici sui in iudicio exponere. Tercio ponit tres ordines hominuz qui aduocare non possunt. In primo ordine ponitur illi qui nec ꝓ se: nec ꝓ alijs possunt aduocare. vt minores. xvij. annis: ꝛ illi qui nihil audiunt. In secundo vero ordine ponuntur illi qui possunt ꝓ se postulare: sed ꝓ alijs non: nisi ꝓ pupillis vel adultis quorum tutelam vel curam gerunt. in quo ordine sunt quinq̄ genera hominum seu personarum. scilicet mulieres. et vtroq̄ luminaribus orbati. et illi qui sponte muliebria passi sunt: vt zodomite. vel qui de capitali crimine: aut de calumnia sunt damnati. ꝛ hi qui locauerunt operas suas vt scilicet cum bestijs seu feris pugnarent in harena. In tercio autem ordine ponuntur alij infames

qui pse ꝛ quibusdã ceteris psonis possunt aduocare que infra ꝛtinentur. et hoc ꝓpter ꝙnqꝫ causas scz propter reuerentiam vt in parente ꝛ patrono. propter ꝛsanguinitatẽ: propter affinitatem. propter miam miserabilium psonaꝝ. propter tutelam vel curam eis iniũctã. Sedq̃ ps est ibi Lest aũt] Ter tia ibi Ordines]

§. Arcentur Dicit hic q̃ illi q̃ paciscũtur de certa parte litis cum eo cuius cãm defendunt repellũtur ab aduocando

Si quis Tria prohibet hic imperator vt aduocat⁹ rationibus pugnet nõ probris. alioquin erit infamis: ꝛ vt nullum pactum ineat cum eo quem in propria cura susceperit post litem contestẽ. quod intelligit. h. si antea fecit palam. alioq̃n secus. ꝛ vt iurgia exindustria non protrahat.

§. Apud Quesitum fuit vtrũ honorati qui rome sunt. id est qui honorem habent sine administratione possint aduocare. Et respondet q̃ sic: ꝙdiu volunt. dummodo tamen turpi lucro pecunie vel alicuius alterius rei nõ corrumpantur

Si vero Dicitur in hac lege q̃ si duo vel plures in aliquo auditorio ꝓtoris meliores fuerint aduocati ꝛ alteruter aduocatorum officio iudicis fiat equalis distributio causidicorum ꝛ si quis aduocat⁹ monitus noluerit obedire sine iusta excusatione careat ipse officio aduocandi sine spe aliqua restituendi

§. Si quis Quei tum fuit ab imperatore si alter litigatorum subtraxerit aduersario copiaꝫ aduocatorum eorum pendo eos ne ipsum iuuarent quam penam pati deberet. Et respondet q̃ puniri debet extra ordinẽ. ꝛ ostẽdit se iniquam litem fouere

Quamuis illi qui. Quidam fuerunt aduocati ficti postea volebant prestare patrocinium priuatis contra fiscum. Quesitum fuit an possint. Et respondet q̃ sic hodie. licet olim fuisset secus. dũmodo declinent causam illam in qua fuerunt aduocati.

Si contra patrem. Casum sic pone. Ego quondam fui aduocatus contra patrem petri: pendente causa mortuus est pater petri cum petro datus sum tutor legitimus datiuus vel testamentarius. queritur vtrum possem defendere eandem causam petri pupilli mei Et respõdet q̃ sic ꝙuis olim ego fui contra patrem eius

§. Cognitores vero Hec sunt verba gratiani et respiciunt ad finem primi capituli huius questiõis vbi dictum est q̃ infamis persona non potest esse cognitor. id est iudex. Sed ne aliquis idez intelligeret de arbitro. dicit q̃ arbiter potest esse infamis. filiꝰ vt lex dicit potest esse arbiter de re patris.

§. Si quis vero iudex Dicitur hic q̃ iudex non potest compellere partes in se compromittere de illo negotio de quo ipse est iudex: etsi sententiã dixerit pene persecutio non dabitur. Item dicitur hic q̃ seruus arbiter esse non potest sed libertinus sic.

§. Porro infamia. Quod dictuz erat supra in. c. infamis q̃ infamis persona non potest esse procurator vel cognitor. vel quia in multis locis fecerat gratianus mentionem de infamibus. ideo supponit hunc. §. in quo ostendit q̃ infamia quatuor modis irrogatur. Aliquando enim irrogatur infamia genere delicti per sententiam iudicis declarati: vt cum pronunciat iniuriam fecisti ꝛc. Aliquando ex genere pene: vt cum aliquis in opus publicum condemnatur qui remanet infamis: etiam finito tempore. Aliquando etiaz genere pene ꝛ delicti declarati per sententiaz: vt cum dicitur es sichophantis. id est calũniator es tu Aliquando irrogatur ipso iure vel ipso facto qđ idẽ ẽ vt ꝓtingit cum aliq̃s exercet iprobũ fen⁹ vel cuz mulier nubit

infra tempus luctus. vel qui sciens eam ac cipit in vxorem. Ad. tñ dicit q̄ scōs modus non differt a tercio nisi in hoc q̄ in tercō ge nere crimen fuit publice per sñiam declara tum: qō non fuit in secundo genere.

§. Idem Hoc relatiuum idez respicit primū. ca. huius questionis. idem sc̄z q̄ romana synodus

Cetera quesequunt plana sunt

Qui sine Probat grego. in hoc ca. iniquum hoiem iu dicare non posse vel punire. z hoc ostendit duobus exemplis. sc̄z iudeoz q̄ qui cum vel lent lapidare mariam peccatricem: a cristo sunt repulsi z redarguti. z populi israhel: q̄ cum vellent vlcisci iniquitatem quam fece rat tribus beniamin: prostratus cecidit in prelio prima die z secunda. tercia vero die cum iam esset purgatus deleuit tribuz pec catricem.

Judicet Docet ambro. in hoc. c. q̄ nullus iudex nisi bo nus sit debeat alios iudicare: cum iudex nō debeat esse criminosus. nec leuitate vl odio debeat ad pnunciandum adduci. z si ran corem vel amorem habet aduersus alteruz litigato z̄ in cuius ptem voluntas sensuali tatis declinaret: non obediat tunc pue vo luntati: sed ſm leges z sicut audit: z natura negocij se habet decernere debet z iudicare L[De domo]. i. de corde suo.

In grauioribus Dicit gregz in hoc. c. q̄ iudex ecclesiasticus donec pec cato suo premit: subiecto z̄ delicta non po test diluere. Et hoc probat quinq̄ rōnib⁹. Prima est ibi L[cunctis em̄] Secunda ibi L[Scriptū qui pe] Tercia ibi L[Hinc est] Quarta ibi L[Dona] Quinta ibi L[Itē lon ge est]

Postulatus Judei quadam mulierem in adul terio deprehensa: postulauerūt a christo vt de ea iudicaret an essz lapidanda ab eis vel non. quos redarguere volens z repellere ab accusando scripsit in terra: se inclinando. si quis sine pctō est prius in illam lapidē mit tat. vel terra terram accusat. Ipsi aūt scrip turam legentes ꝯfusi exiuerunt de templo: vnus post alium. In quo facto nos figura liter docuit q̄ cum alios accusare vel iudi care volumus: ad ꝯscientiam recurramus: z quid in ea cōditori placeat examinemus. iuxta autoritatem apostoli dicentis. frēs si preoccupatus fuerit homo in aliquo deli cto: vos qui spūales estis tā. Sequens ca. planū est

§. Item in euāgelio Adhuc pbat gratianus criminosum iudi cem iudicare non posse: sed repellendū esse ad instar salis infatuati. Postea obijcit oī dendo q̄ iudices licet sint criminosi: tamen iudicare pñt. Nō probat quinq̄ exemplis sciliz saulis z dauid. salomonis z achab. z pharisey z̄ vel scribaz̄: qui omnes licet ma li essent z pctōres: tñ iudicabāt. Ad vltimū dat solutōem dicens q̄ iudicare pñt ec oīs cio eis ꝯcesso. z sñie late ab eis valēt: donec ab ecclesia tolerant.

Questio VIII.

Quod autē Dicitur latur. viij. questio: qua querit an epus possit ab vno tm̄ iudicari vel audiri. Et respōdet q̄ in ciuili potest: z in criminali a papa vel eius delegato: alis non potest ab vno iudi cari vel audiri. sed in accusatione epi debet esse. xij. epi preter metropolitanū. z in accu satione pbri sex. in accusatōe dyaconi tres. vt infra. xv. q. vij. felix. z ca. si autem. Finis tamen cause criminalis epi summo pontifi ci reseruatur. vt infra ca. i. z §. e. q. vi. q̄uis. z ca. dudum.

Accusatores Hoc ca. dini ditur in qua tuor ptes. In prima pte dicit zepherin? q̄ accusatores epoz debent esse bone fame. z sine suspicione. In secunda pte dicitur q̄ snīa a non suo iudice dicta nullum ligat. In tercia parte dr q̄ in accusatione epi debent esse. xij. epi: qui ab accusando sunt eligendi. z isti simul cum archiepo causam examinā bū: sed pape ipsius depositio reseruet. In quarta pte dr q̄ absens iudicari non debet nisi ex cōtumacia fuerit absens. Secunda

pars incipit ibi L Nullū nanq;] Tertia ibi L ij. iudices] Quarta ibi L Absens]

Cuius in agēdo Declex non est de. c. sed debet legi post. ca. inserta tñ fuit a gr̃ano occasione illi⁹ verbi: nullū ꝓstringit sententia a non iudice dicta. qđ verū est ni si reconueniat. Nam si ego ꝙueni aliquem ram eodem iudice non possum eū recusare sub iudice suo. r ipse vult me recōuenire co in respondēdo: cū in agendo elegerim ipm et eius sententia lata ꝓtra me valet in ꝟ ca cuius in agendo tē. L Arbitriū. id est forū vel examen vel iudiciū.

Suggestio Dicit q si epūs ac cusatus non pōt ꝙgregare omnes epos de prouincia ne in crimine id est suspitiōe remaneat: causa ei⁹ a. xij epis audiat

Questio .IX.

De accusatori= bus] Dic ponitur. ix. qō qua querit an ac cusatores vel testes vocez accusationis vel testificationis in absentem valeant exhibe re. Et certe q non valeant multoz autori tatibus ꝓbatur. r de hoc quid iuris sit r in quib⁹ casibus fallat plene notatum in ꝙuenies in summa hui⁹ qōnis. et. h. plene de hoc tractat in summa sua in hoc loco. Azimū. c. hui⁹ qōnis est planum.

Caueant Quesituz fuit ab eleu terio an iudices pos sint sententiare contra absentem non ex cō tumacia. Et respondet q non. r si tulerit ir rita erit sententia ipso iure: vel p sententiaz irritabit. r iudices penam sustinebunt. et eius qui semel calumniat⁹ est: accusatio nō audietur

Absente Quesitum fuit ab eleu therio an absens possit accusari. r an absens possit p epistolam ac cusari. Et respondet q non. sed reo presen te. r voce propria r in scriptis. nisi in casib⁹ exceptis

Omnia Quesitum fuit vtrū re stes recepti cōtra absen tem vel sententia lata contra absentem va leat. Et respondet q nō. quia nulla lex dā nat absentem.

Non oportet Dicitur ꝟ q nullus debet damnari nisi legitimi appareant accusato res: r presentes: r tunc locus defendēdi ac cusato prebeatur. id est inducie dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in sequenti capitulo

Qui accusare Dicit ꝟ q qui vult ali um accusare debet presens hoc facere: r nō p procuratorem. vt reo reseruetur copia de fendendi

Dignū Dicitur hic q nō debz ali quis accusari nisi p̃sens fu erit accusator qui examinari debet si est ido neus ad accusandum.

Decernimus Maximus valētie ciui tatis epūs fuit de multis criminib⁹ accusat⁹ post litz. ptz. multotiens citatus non venit ita q cā non poterat terminari. precipit er go papa epis gallie vt ante kals nouēbris synodo ꝙgregata illuz citent. r si venire no luerit ferant sententiā in illum tanq; in ꝓtu macē nec curent si omnia delicta non com probent. cum p suā ꝓtumaciā videt de oib⁹ ꝓfiteri. Quidā tñ dicūt q iste fuerat infamia tus r procedebat ꝓtra eū in modū inquisi tionis ¶ Sequens. c. planū est

Reuera Quidam cōquest⁹ fuit de quodā pbro absente forte ex iusta causa cora gallione archiepo qui testib⁹ receptis sententiā ꝓtra eū absen tem tulit. et quia sententie parere nolebat: dictus archiepiscopus excōmunicauit eu quare sacerdos ille appellauit ad sedez apo stolicam. sed impediebatur appellationem prosequi. vnde papa ipsum archiepiscopū reprehendit. r precipit ei q si post excōicati onem suaz appellatōem voluerit prosequi nullus ei⁹ iter impediat.

Judicas Hermannus epūs fu it furiosus qđ consta bat apostolico qui postea homicidium vel aliud scelus cōmisit. de quo cum sepe coraz

gallione archiepo accusatus fuisset appellauit ad papam. Archiepus autē indignatus rogauit papā vt de crimine cognosceret: et ipsum ꝺemnaret. Nicolaus vero dicit q̄ non pōt facere tribus rōnibus. s. q2 hermānus erat absens. ⁊ q2 non dixerat ei qui fuerunt illi excessus sup̄ quibus accusabat. nec vt⁊ tpe delicti fuerit sane mentis vel non. ⁊ ideo donec ista pbentur potius est sibi ꝓpatiendum q̄z sit snīa feriendus.

Testes Hoc. ca. introducit p alia parte questionis. sc⁊ q̄ non debet quis testificari ꝓtra absentem. Dicit ergo hic p̄ Bene. q̄ calixtus fuit interrogatus vtrū in causa criminali testes absentes possent testificari per scripturā. Et respondet q̄ non. sed presentes debent dicere veritatem de his que viderunt ⁊ nouerūt: ⁊ nō de alijs negocijs nisi de his que sunt acta i⁊ p̄sentia. Posset etiam hoc intelligi in q̄libet causa. q2 sp̄ debet esse p̄s ille ꝓtra quē inducuntur testes. vnde testes absentes nō possunt p̄ scripturam testificari: sed in p̄sentia partium.

¶ De his Supra in ca. testes. dictum est q̄ testes testificantur de his que viderunt ⁊ nouerunt Nunc aūt vult ostendere casus in quib⁹ etiam de auditu ferunt testimonium si vocati sunt ad hoc. sed certe si bene inspiciat in. l. sequenti nō est testimoniū de auditu p̄rie: sed de ꝓfessione facta in oculis eo⁊ qui ad hoc vocant

Si debitum Debebam alicui pecuniaz p̄ scripturā. tempe p̄cedente in presentia testium pecuniā sibi solui vel ꝓfessus fui sibi esse solutum. quesitum fuit ab impatore an solutiōem illam vel ꝓfessionem possum pbare per testes qui interfuerūt. Et rñdet q̄ sic si ad hoc fuerunt vocati: alioquin nō. Idez est in eo casu q̄n debitor ꝓfitet se debere pecuniā creditori .s. vt testes ad hoc pbandū nō valeant si ad hoc non fuerunt vocati

¶ Simul Supra in. c. testes dictum est q̄ testes debent ferre testimonium de his que viderūt Dicit hic gratianus q̄ simul videre debent ⁊ si diuersis tempibus viderunt: non valet eo⁊ testimonium.

Nihilominus Quesitū fuit a Icone q̄liter puniendi sunt testes qui falsum testimoniū dicunt. ⁊ rñdet q̄ puniendi sunt sicut accusatores qui calumniant. nec voces eo⁊ sunt audiende tanq̄z pluriū qui diuersis tēporibus aliquid vidisse testant

Pura Quesitum fuit ab Ambrosio Si testis admiscet vero aliquid falsitatis: an eius testimoniū valet. et respondet q̄ non. q2 pura ⁊ simplex est testimonij series inuiranda

Absens Dicitur hic q̄ absens nō potest accusare vel accusari per procuratorem. nec testis affinis recipitur.

¶ Nisi Excipit gratianus vnū casum in quo absens p̄t accusare per ꝓcuratorem. vt illustris personaliter

Carte Quidam accusatus fuit vel conuentus coram Syndus magistro militum domini pape. In absentia autem rei sunt testes recepti. reus statim cum sciuit appellauit ad papam. Syndus vero misit attestationes per lucidium accusatorem: quas cum audiuit a Lucidio fuisse receptas: absente reo: duxit esse inualidas.

Hortamur Pelagius cōmissam quandam causam decorato patricio. hortat ergo eum vt sicut ꝓsueuit ita pure p̄cedat sup̄ hoc negocio: ⁊ faciat a testibus qui veritatem illius cause nouerunt omnem formidinez amputari: vt p̄stito sacramento dicant testimonium veritatis: ⁊ omnibus patefactis causam decidat

Necesse Ignarus quesiuit a nicolao vtrum reo absente sit accusator audiendus. Et respōdet q̄ non. sed vterq̄z debet esse p̄sens. ⁊ quanq̄z autoritatis sit aliquis: sic debet in iudicio audiri: vt alteri parti nullum p̄iudicium fiat.

Quod vero Dic intelligerit an deficientes in primo capitulo sint admittendi ad sequentia capitula. & respondetur q̄ non. vnde quidā dicūt & bene. q̄ qui deficit in maiori vel minori nō admittit ad sequentia. q̄ presumunt calūniatores. vt infra. e. c. i. nisi in criminib⁹ exceptis in quibus quilibet admittit ad accusandum. Alij vero dicunt q̄ non admittit ad accusandū postea ad leuiora. sed ad grauiora sic. Sed primum. c. huius qōnis incunt primi. distincte loquitur. vnde verius dicit qđ di

Placuit Quesitū fuit in cartagine cuz obiiciunt plura crimina & in primo de ficiunt an sint admittendi ad sequentia. et respondet q̄ non. ¶ Sequens. §. patet. sz sequens. c. nō probat bene qđ dicatur in. §. et. c. precedenti.

Eos Dicitur in hoc. c. q̄ si qui quincantur falsa crimina aliquibus obiecisse debent excōicari vsq̄ ad mortem nisi anteresipiscant.

Si accusator Quidam reputi sunt culpabiles in accusatione eōrum. queritur vtz isti sunt de cetero admittendi ad accusandum. Et rñdetur q̄ non nisi in proprijs causis ciuilib⁹. in criminalib⁹ tñ vel eccliasticis non admittūtur. Dicat hoc vtra eōs sed vtra alios bene agent proprias causas criminales vel eccliasticas.

§. Cum ergo Cōcludit gratian⁹ ex illo. c. eos. et ex illo. ca. si accusator. q̄. q̄ deficientes in primis non admittunt ad sequentia.

¶ Questio .xi.

Si accusato Ponit hic. xi. qō. qua querit an accusatus possit vertere accusationem suā in accusantem. et certū est q̄ non de aliquo crimine: si nomē adulte. si marit⁹. §. prescriptōes. Si nō est receptū non potest illū accusare nisi de maiori crimine. vel nisi suā iniuriā prosequat.

Si vero in modū obiectiōis crimen obiicit vt repellat accusatorē ab accusando sic per prius audit excipiens de quocūq̄z crimine. vt. C. de adult. qm̄ allegāder. 2. xxxij q. ij. nihil iniquius

Neganda Sen. sic ponit casum hunc. Quidā accusatus volebat suū accusatorem reaccusare de pari vel minori crimine ante litz. ctz. vel post litz. ctz. de maiori. Quesitū est a stephano an possit. Et respondet q̄ nō. quia non est credendum accusatis extra alios nisi prius probauerint se innocentes.

Neganda Quesitū fuit ab imperatore vtrū accusatus possit suum accusatorem reaccusare de pari vel minori crimine. Respondetur q̄ non: prius q̄z se crimine quo accusat exuerit. nisi prosequatur suam vel suorum iniuriam. potest tñ deponere inscriptionez apud iudicem pendente accusatione. ¶ Seqns ca. planum est qđ habet eūdem casum cuz primo. c. huius qōnis

§. Hoc autem Exponit hūgra. in quo casu intelligantur supradicta. c. cum lege inserta scz de pari vel minori crimine. sed si de maiori crimine ante litz. ctz. velit accusatorem reaccusare: potest. Verbi gratia accusat aliquis de fornicatione alium. potest accusatus reaccusare illum de periurio vel homicidio vel symonia.

§. Aliquando Supra in lege negāda dicū est q̄ persecutio sue iniurie vel suoz preiudicat alijs criminibus vel prefert. Nunc vlterius de simili preiudicio prosequit gra⁹ & dicat q̄ criminalis qō quandoq̄z preiudicat ciuili. & qñq̄z ciuilis criminali. Et de vtroq̄z ponit exemplum

Ciuili Petebam ab aliquo heredi⁹ tatem ex testamento in quo cōtinebatur q̄ ego erraui instituens heres sed cum demonstraui testamentum aduersarius dixit illud esse falsum. Quesitū est ab imperatore que questio precedere debz. Respondet q̄ de crimine falsi prius est cognoscendum tanq̄z de maiori.

Prius Ego Bartholo. brixien. sic audiui ab Augelino casum hunc. Tu accusabas me de furto: ego te de homicidio reaccusabam: querebatur ab imperatore que questio precedere deberet. Et certe questio homicidij precedere debet: vt pote maior. ꝛ postea ex euentu cause apparebit vtr ille qui primo accusabat de furto possit aduersariũ reaccusare

§. Aliquando Supra ostẽsum est q criminalis questio quandoq; preiudicat ciuili: ꝛ quandoq; criminali. Hunc vult gratianus ostendere q ciuilis quandoq; preiudicat ciuili ꝛ quandoq; criminali: ꝛ exẽpla de vtroq; ponit.

§. Si de hereditate Aliquis petebat a me hereditatem. obiecit sibi q erat seruus meus: querit que questio debeat preferri. Respondetur q questio libertatis.

§. Itẽ si crimen Hec lex ꝛ seqns sunt in codice de ordine cognitionũ. li. viij. Augelinus casum sic intellexit. Accusabã aliquem de crimine: alius dicebat eum seruum suum esse querebat que causa preponi debeat. Et respondet q causa libertatis. q primum scire oportet vtrum sit liber vel seruus: vt cum crimen fuerit probatum iudex puniat eum tanq; liberum vel tanq; seruũ. ꝛ hoc modo Beneuen. ponit casum. Ponit etiam alio modo sic. Accusabam aliquem de crimie. ille replicauit ꝺtra me q ego erã seruus suus: querit que causa prius agi debeat. Et respondet q causa libertatis. quoniaz ante scire oportet an ille qui accusat sit liber vel seruus.

Qui ꝓfitetur Petebam aliquez in seruũ coram iudice: qui lite pendente volebat me de crimine accusare: ꝛ bene ꝓfitebat se patiꝓtroversiam seruitutis. querit vtrũ danda sit ei potestas accusandi eum qui se suũ dominũ dicit. Et rñdet q non: nisi prius causa liberali terminata: ꝛ si liber fuerit, pnunciatus poterit accusare

Si quis ex familia ribus. Aliquis familiaris vel seruus accusabat dñm suum de aliquo crimine de quo si conuinceret infamaretur vel decapitaretur vel ꝑderet bona sua. querit vtrum sit audiendus. Et respondet q non si antelitẽ, contest. cognoscatur debet decapitari: excepto crimine lesemaiestatis

§. Similiter si liber ti. Dec lex est. e. t. cum supradicta. Dicit hic q si liberti volũt accusare patronos suos vel heredes eoz; eodez supplicio sunt puniendi quo serui puniunt.

Causa IIII

Quidam Supra iij. q. vij. §. tria dictum est q quidã repellunt ab accusatione ꝓpter crimen vel infamiam. Hunc supponit gratianus. iiij. causam in qua querit an ꝓpter excommunicatõem repellatur quis ab accusatõne. Addit etiam in q casu te admittit quis vel non admittit ad testimoniũ: qua occasione interserit legale tractatum de testibus. ꝛ querit an idem possit esse accusator ꝛ testis. ꝛ de inducijs expectatorijs Unde thema ꝓponit de quo. vi. elicit questiones

Questio .I.

Quę prima Dic intitulat. i. qõ qua quelibet an excoicatus possit aliũ accusare. Et dicendũ est indistincte q non ꝓsiue iuste siue iniuste sit excoicatus: dummõ excoicatio teneat. vt infra. c. i. ꝛ. ij. nec ꝓ ea ꝛ aliũ ciuiliter ꝓuenire. vt s. iij. q. iij. nulli.

Diffinimus In b. c. ponitur vi. genera ꝑsonaz que repellunt ab accusatõe inter quos excoicati ponunt qui accusare non possunt in excoicatione pseuerantes

Quod autem Ignatiꝰ patriarcha cõstantinopol. anathematizauit quosdã sub ditos suos: q eundẽ ignatiũ postea excoicauerunt. ad quoz accusatõem depositꝰ fuit.

Sed nicolaus probat q̄ anathematizati eū accusare nō potuerūt Et hoc ostēdit auctoritate cilij ostantinopolitani in quo statuit q̄ hereticj a sacris electi anathematizati scismatici ⁊ illi qui ab alijs accusant nō possunt eos accusare. Et nota q̄ q̄ncq̄ posunt verba synodi. q̄ncq̄ verba nicolai. vt nunc verba synodi, q̄ncq̄ verba nicolai. vt p te videbis

Questio .II.et.III.

Secūda Dicintitulatur.ij. qō est an infra annos.xiiij. possit aliq̄s testificari. Et rñdetur q̄ non. vt infra.e.l. ulia. post.xiiij. potest in cā ciuili testificari. vt infra.e.c.i.ar. In criminali vero non admitti tur nisi habeat.xx.an. vt infra.e.testimonū Tertia qō est an ille qui repellit ab accusatione repellat a testimonio Et rñdet q̄ sic. vt infra.c.i. fallit tū in casib⁹ notatis in summa huius qōnis

Testes Dic tria genera hominuz a testimonio repellūtur. scz illi qui ab accusatione repelluntur ⁊ quos accusator in domo sua produxerit. ⁊ impuberes

¶ Item in crimínali Hec sunt verba gratiani; que aūt sequunt sunt verba legis.

¶ Producí Casus iste dupliciter poni ꝓsueuit Uno modo sic. Aliquis ꝓtra aliquē reum testimonium dixit; postea in alia causa ꝓducebatur ꝓtra eum. querebatur an recipi debeat Et rñdetur q̄ non. Alio modo sic Aliq̄s fuit inductꝰ in testimonium ꝓtra aliquē aliqua cā. mō querit an possit in alia cā induci ꝓtra eū Et rñdet q̄ non: cū vide ac ex odio totiens testificari ꝓtra eū. et forte prima positio verior est

Si testes Inducti fuerūt testes in causa aliq̄. quereba tur quoꝝ testimonia iudex deberet sequi. ⁊ rñdet iurisconsultꝰ si omnes sint bone fame ⁊ sine suspitiōe iudex debet sequi dicta oīm si omnes ꝛcordant ⁊ dicūt mature negotij ꝓperentia. Si aūt discordant: licet in pari numero, tū iudex debet sequi eos qui verisimiliora et apriora negotia dicūt: ⁊ qui sunt sine omni suspitione: licet sint pauciores aliis: quia non est semper ad multitudinez recurrendum: sed ad eos qui sincere testimonia dicunt Et potest hoc intelligi de testibus vnius partis tm̄: et de testibus vtriusq̄ partis Et quicq̄d hic dicat ꝓ bē. vel alios. ego bartz. bzixien. hunc casuz verū esse credo

In testibus Dicit hic q̄ in testib⁹ q̄tuor sunt ꝓsideranda. scilz fides: dignitas: mores: et gravitas. ⁊ ideo si quicoq̄ in dictis suis vacillant non valent

Testimoniū Dicit in hac lege q̄ nouē sunt in quibus iudex debet testem examinare: ⁊ demum si testis careat suspitione. vel ꝓpter personaz a qua ꝓfertur: vel propter cām. q̄ grā: vel lucro: vel odio non cogrum pet recipiendus est L personā suspectaz Ifm sc Lcausam Ique in rebus ⁊ psonis consistit fm ysid.

Lege iulia Dic ptinent septez genera personaruz que a testimonio repellūtur. que in ipsa litera si volueris numerabis

¶ Item lege iulia Dic. vij spēs hominū ptinent ꝓtra quas quis inuit⁹ testificari non compellitur. scilz ꝓtra socerum ⁊ cē vt ibi dicit

¶ Item ne liberto Repete semper per singulos gradus hec verba cū hoc dato uno liberto. Item hac lege cauetur ne denuncietur Liberto Ipsius scz patroni accusati. vel liberto Liberozum Ieius scz rei accusati. vel liberto Lviri eius Iscz vxoris que accusatur: dicere testimonium contra eum vel liberto Lvxoris eius Iscz viri qui accusatur dicere testimonium ꝓtra eā. et ita suppleas semper in suprādictis omnib⁹. Item cauetur hac.l. ne denūcietur liberto Lpatroni Idicere testimonū aduersus patronam accusatam vel ecōtra. Item cauet hac.l. ne denūciet liberto Lpatroni Idicere testimoniū aduersus ꝓlibertos suos Idē dices de

liberto patrone. Hec autem varijs modis exponuntur pro varietate doctor. et hanc legem intelligunt doctores in causa criminali tm: excepto eo q libertus cõtra patronum non admittat in causa ciuili. Sed hugutio t orthopasiensis intelligunt eaz in ciuili t criminali ¶ Que sequunt plana sunt vsq ibi l. Inuiti.]

·§· **Inuiti** Hic ponuntur nouez species hominum qui ad testimoniũ dicenduz ꝓpelli non debent inter quos est ille qui abest non causa detrahendi testimonij. t ille qui conducit annonam exercitui. t etiã pupillus qui testis esse non potest.

·§· **In testimonium** Ego accusabam aliquem t ꝓtra ipsum inducebam cõdemnatum in publico iudicio ad testimonium quereba an possum. t rñdetur q non. neq minorem. xx. annis possum ꝓtra eum inducere. ¶ In sequenti. l. dicitur q cõdemnatus in famoso crimine est intestabilis. id ẽ nec testis esse potest: nec facere testamentum

·§· **Si res** Dicit in hac. l. si res exegerit non solũ priuati sed etiam magistratus possunt testificari ꝓpter ꝓ etiã in causa adulterij testificari potest. Si aũt ea sit ꝓditio cause vt turpis persona sit inducenda in testem: vt puta in excepto crimine: ei non credit sine tormentis

·§· **Testes** Tria genera personarum enumerantur hic que a testimonio repellunt. scilz domestici aduocati t iudices in causis: in quibus fuerunt accusati t iudices. vel intellige executores scõm quosdam id est apparitores. sed partibus volentib⁹ testes admitti possunt. vt in authẽ. de testi. §. quoniam vero.
¶ Que sequuntur plana sunt vsq ad legem Hermofroditus

·§· **Hermofroditus.** Quesitum fuit vtrum hermofroditus id ẽ qui habet sexum maris t femine possit esse testis in testimonio. Et respõdetur q si magis appetit ea que viri sunt potest: alꝫ non.

¶ Que autem sequunt plana sunt vsq ibi. In testibus

·§· **In testibus** In testib⁹ iudex debz ꝑsiderare vtr sine fraude testimoniũ dicãt. vel vtr videat meditatus sermo quem proferunt. t vtr ex tempe verisimilia rñdeant. q̃ dixerunt de nocte: t non est verisile q̃ actũ sit de nocte. vel ex tpe. i. statim rñdeant sine deliberatõe: quib⁹ tanta fides non adhibetur.

·§· **Sepe** Querebat vtrũ veritas in causis sine instrumentis possit deprehendi. Et rñdetur q sic. iiij modis. scz numero testiũ. dignitate. auctoritate. t fama ꝓpetua.

·§· **Alia est** Aliqui testificãtur p scripturã sine iuramẽto: vel sine causa t circũstantijs cum de hoc essent interrogati. querebat vtr eis esset fides adhibenda. Et rñdet q non. quia alia est fides testium que valet. alia testimonium que non valet

·§· **Soli** Querebat vtrũ solummodo testes sufficiant ad ꝓbanõe ingenuitatis. t rñdet q nõ. immo etiã instrumenta sufficiãt. t expone soli. i. solo mõ vel ꝓpone negatõem nõ soli tẽ. t ꝓba que posuit ibi gꝝa. Lnisi mistris tẽ.] nõ sunt de lege codicis. ¶ Ñ gꝝanus non intellexit illam. vt intelligunt eam doctores legũ

·§· **Bola** Quidam sine iuramento vel sine iudice testificati sunt. vel nõ allegauerunt causam dicti sui cum de hoc essent interrogati. querebatur vtrum eoz testimonium valeret. Et rñdet imperator q non. ¶ Que sequunt plana sunt vsq ibi. qui intendit

·§· **Qui intendit** Quidam ab aduersario suo vt demꝝaret sibi instrumenta sua ꝑ que suam intentõem fundaret. nũc queritur vtr sit audiendus. Et rñdet q non. sed suas debet habere ꝓbatões patas.

·§· **Verũ** Dicit hic q rñsoferni dño neq ꝑ dñm: sz de eo suo ꝓpter iterrogari cũ ꝑ eũ res sunt deposite vel ꝑmodate alijs

¶ Jurisiurandi Tria h dicũtur scz q̃ testes prius iurent anteq̃z testimoniũ dicant. z q̃ potius fides honestioꝝb⁹ testibus adhibeat q̃z aliis. Item q̃ vni testi nõ credit: z si presidiali honore prefulgeat. Sequens rñsum planũ est.

¶ Liberi Dicit hic q̃ si aliquez liberos debem⁹ inducere testes ꝓtra cuz: si socij non sunt z criminis participes. sed cã z rõ facti debet ab eis queri Vel hic vult dicere q̃ ipsi debent subijci tormentis ad veritatem erudiendam. z quicũq̃z testes postulauerit induci eis sumptus necessarios exhibebit: siue in causa criminali: siue in ciuili introducãt.

¶ Liberti Dicitur hic q̃ liberti ꝓtra patronos sponte testificari non debent: nec debent ad hoc compelli. et si vocati fuerunt non debent comparere

¶ Si qui Induxi testes contra aliquem in aliqua cã ꝓtra me eosdem inducebant: volebam eos repellere. queritur an possum. Et respõdet q̃ non: nisi probem postea capitales inimicias interuenisse inter me z illos. arguere tamen potero eoꝝ testimonia ex dictis eoꝝ si ꝓtradicant sibi: vel si probauero eos corruptos promissione vel etiaz datiõe pecunie

¶ Sed obijcitur Dictum est supra in. c. testes aũt. q̃ infra. xiij. annũ non possunt aliqui testificari. Sed contra hoc obijcit gratianus de puero. xxx. dierum. Nam cum de fornicatione accusaretur beatus brixius z diceretur filium genuisse triginta dierum: in medio populi professus ẽ puer ille: brixium suum patrẽ non esse Soluit hoc q̃ miracula diuina non sunt tradenda ad ꝙsequentiam in exemplũ accusationis humane

Questio .IIII.

De quarta Dic intitulat q̃r ta q̃ quarta qua querit an idem possit esse accusator z testis. Et rñdet q̃ nõ. vt infra. c. l. z ij. nisi forte in cã matrimonij. vbi dicũt q̃daz q̃ idem põt esse accusator z testis. ar. xxxv. q. vi. c. i. z. ij. z in summa vbi notauit. hu. z io. hoc dicit

Nullus Dicitur in hoc. c. q̃ null⁹ debet simul accusator eẽ z testis vel iudex. quoniaz in omni iudicio quatuor debent esse diuersitates personarum. scz accusatores: rei: iudices: z testes. et ostenditur quid sit officiũ cuiuslibet eorum q̃ in littera patet.

Nullus Dicit q̃ iudex in iudicio non debz vti acceptiõe pson inter accusatorez z reũ: sed equaliter audiat vtrũq̃z. z q̃ p se debet esse accusator p sercus: p se iudex: per se testis. vnusquisq̃z debet esse in suo officio

¶ Inscriptio Dicit gra. q̃ inscriptio sp in accusatione debet fieri vt accusator obliget se ad penã talionis. vt probat. ix. libro codicis de accusatiõib⁹ z. Nu. tñ videtur velle q̃ omnia supdicta verba sunt de precedenti. ca. vsq̃ ibi [vt. c.] postea sunt verba grani. idem videt velle beñ. in casibus suis sed ego habeo. §. ibi inscriptio z.

¶ Aliquãdo Dictũ est. s. in. §. gra. vel in. c. fm q̃d supra notaui q̃ in accusatione est inscriptio facienda semp Hũc aũt ponit gra. quatuor spẽales casus in quib⁹ inscriptio non exigit. Primus est q̃n nũciant presidibus aliorũ delicta. Secũs q̃n vir vult accusare vxorem suam de adulterio iure mariti infra xl. dies vtiles ꝓputandos a tempore diuortij. Tertius est quando quis deambigeatu accusatur. Quartus est in crimine iniuriarum. In alijs vero criminibus semper debent fieri inscriptiones que crimen z tempus designent. vt alterutram partium legum autoritas terrere possit Sed in quibusdam male dicit gratianus hic vt dicit hugo in summa. et vt iohannes notauit in hoc loco

¶ De domo etiam [Iste. §. respicit illa duo capla. supra posita Nullus et Nullus. vbi

dictum est q̄ non debet esse idem accusator & testis & iudex. Hunc ꝙ dicit q̄ de domo iudicis non debet ꝓduci actor vel testis ne iudex habeat suspectus.

Contra Lotaz imperatore accusabatur quidaz de domo imperiali: & ꝓducebatur accusator et testis cui poterat impari Sed nicolaus reprehēdit hoc: dicens hoc esse ꝓtra legez: & ex hoc iudices suspecti fiunt

Questio V.

De quinta Hic intitulatur quita questio qua querit an sit excommunicandus accusatus si die statuta non veniat ad causam. Et certum est q̄ sic: si ex ꝓtumacia abest. & agit hic de inducijs citatorijs siue expectatorijs.

Quisquis Statutū fuit in cōcilio Carthaginē. vt episcopi apud primates prouincie accusentur. & si episcop⁹ qui accusabatur vocatus ad causam die statuta hoc est infra mensez ꝓputandum a die receptionis literaruz nō venerit debet excōmunicari. & si postea non venerit dabitur ei spacium alterius mēsis. sed remanebit excommunicatus donec pbet iustum impedimentum. ita q̄ nec suis: nec alienis ꝓmunicet interim. si non venerit finito secundo mense ꝓdemnabitur. Si vero accusator die statuta non venerit excōmunicetur reo vel episcopo presente cōmunioni reconciliato. Si tamen postea iustū impedimentum ꝓbauerit: absoluat: & cām agere ꝓmittatur: & expone secundū mēsem .i. post principiū secundi mensis.

Questio VI

Sexta Hic ponit sexta questio qua queritur an illi qui accusatione ep̄oꝝ culpabiles inueniunt: possint de cetero admitti ad sui vel suoꝝ cause ꝓsecutionem. Et respondet q̄ sic si suam velint ꝓsequi iniuriam vel suoꝝ ciuiliter & nō criminaliter. nec in causis ecclesiasticis. Casum ꝙ illoꝝ ca. illud & si accusator inueniens s. iij. q. v. c. si accusator. Aliud ca. planū est

Causa V.

Fe cuiusdā in famaz Supra dictum est de his qui maiestē accusant Hunc supponit quintaz causam in qua tractat de his qui occulte accusant. scilicet per libellum famosum qui clanculo scribunt in alicuius infamiam. Interserit etiam gratianus de iudicijs & qualiter quis sit vocandus ad causaz. & an causa criminalis possit per procuratorem experiri: siue expediri. & quomodo episcoporum iudicium debeat vētilari. & quomodo illi qui alioꝝ crimina detegunt culpandi sunt vel laudandi. In fine reperit de pena calumniatorum. Ut autem hec & alia faciat premittit thema de quo sex elicit questiones

Questio .I.

De prima Hic intitulatur prima questio qua queritur: qua pena debeat puniri qui famosum libellum in alterius iniuriam scribit. Et respondet. si apparet & non probauerit qđ conscripsit: secōm canones verberatur. vt infra ea. ca. i. Secōm leges decapitatur vt infra ea. Si quis famosum. Si vero nō apparet debet moneri vt appareat. Si vero celauerit se excommunicari debet. vt infra ea. quidam

Qui in alterius Questium fuit ab Adriano quam penam debet ille pati qui libellum scribit famosum: vel alia ꝓpia in alterius iniuriam. Et respōdet. si apparet & non probat: debet verberibus flagellari. & quicunq; talem scripturam inuenerit rumpat: si non vult penam actoris incurrere.

Quidam Gregorius nitebatur quandam cedare discordiam per quendam notarium suum nomine Castorum Sed quidam malignus spiritus scripsit libellum in iniuriam castorij: & eum nocte posuit in loco publico ciuitatis: in quo continebatur & papē significabatur q̄ Castorius nolebat controuersiaz terminari. Dicit Gregorius q̄ si ille non

vult exire sit a corpore xpi remotus. si vero adhuc latere presumpserit anathema sit. si vero vult exire & qđ dicat probare vel publice fateri errorem suum non sit suspensus a sequens. c. patet.

¶. Si quis famosus

Quesitū fuit ab imperatore quid fieri debet de libello famoso quez quis in aliquo loco reperit. Et respondet q̄ qui eum inuenit statim destruere debet. vel nulli ip̄m manifestare. Si vero non destruxit sed alij eum dolose reuelauerit decapitari debz: sicut actor ipsius libelli. ne talis libell⁹ ledat opinionem ei⁹ cōtra quem factus est

Questio .II.

Vocatio Hic ponit. ij. qō qua querit quotiens aliquis sit vocandus ad causam. et certum est q̄ semel. scđo. & tertio. vel uno pro omnib⁹ peremptorio. vt. xxiij. q. iij. de illicita. et quicūq̄d de citati cōib⁹ dicat infra. c. i. & ij. hodie inducie citatorie arbitrio iudicis relinquūtur. vt infra. c. q. iij. si egrotans

Vocatio Questū fuit a damaso qualiter ōbeat ad cām vocari qui accusat. Et rñdet q̄ debet citari p̄ scripturā p̄ spacium ꝯgruū & canonicum. cuā si ad synodum venerit propter alia negotia non citat⁹. nullo modo ꝯpellit suis insidiatorib⁹ rñdere nisi velit.

Presenti Quidā dicūt q̄ hoc c. loquit de inducijs citatorijs inferioꝝ ordinū vel laicoꝝ qui sunt in eadem ciuitate vel in locis propinquis. Est ergo casus Siluester papa statuit in hoc. ca. q̄ illi qui accusant citari debeant et expectari. primo p. vij. dies sine aliqua pena. postea p alios. vij. ita vt ecclam ingredi ant ad officia diuina audienda. postea per duos pace & cōtione ecclesie eis interdicta. postea p alios duos dies sub eadem pena deinde expectentur per vnum diem quo elapso anathematizent. hodie tamē quid hic dicat inducie iudicis arbitrio relinquūtur

Relatum Quidam iudices ecclesiastica accusationes & testes recipiebant in cā criminali per epl̄as. qō dicat damasus non esse faciēdū in futuro. & qō nup factum est debeat emēdari. Nam accusatus legitime citatus accusatorem & testes debet habere presentes & locum defendendi vel ad abluenda crimina. nec iudex ex iracundia damnat delinquentem

Si primates Quidā accusabant epos prosequendo suaz ꝯ iniuriā vel suoꝝ querit anastasius a felice qualiter in hoc negotio sit procedendū. Et rñdet q̄ ipsi debent ad concordiā euocari p̄ transactionē si fieri pōt. alioq̄n debent legitime citari & eis primates debent quicq̄d obijcit significare vt parati venire possint ad rñdenduz. Si vero delecti fuerint vi vel timore aut suis rebus expoliati accusatorib⁹ rñdere non debent nisi prius restituantur.

¶. His Concludit gratianus ex supradictis. ca. dicens q̄ nisi ꝙs canonice fuerit vocat⁹ & si propter alia negotia ad synodum venerit non tenet respondere. Que autem sit canonica vocatio dictum est supra in. c. presenti. quod est silueltri. et p̄. c. felicis dicit q̄ debet significari qō ei obijcit ab accusatore

Questio .III.

Quod autem Hec est q̄stio iij. in q̄ querit an aliquis possit p̄ procuratorem cām suā agere Et certum est q̄ nō in causa criminali. vt infra. e. in criminib⁹. nisi in q̄tuor casibus. vt in crimine iniuriarum in quo illustris persona agit per procuratorem. vt sup̄. iij. q. ix. §. nisi. et in crimine suspecti tutoris. vt. ff. de pcura. nō solū §. vltimo Item ad allegandum causas absentie. vt infra. c. i. & ij. Item in minoribus criminibus vt notant iohan. in hoc loco. vt. ff. an per alium cōmune appella. l. i. quia in leuib⁹ criminib⁹ non fit inscriptio. vt. ff. de accu. leuia. In ciuili potest nisi in casib⁹ aliquibus vt in accusatōe populari in qua actor non agit per procuratorem. vt. ff. de

procura. licet. ⁊ in causa status vt. C. de assess. toll. l. i. Quidam etiam cogunt dare procuratorem: vt epi ⁊ sacerdotes. vt infra. ea. q epus. ⁊ illustres psone. vt. C. de pcura. l. penul. De hoc plenius inuenies. s. ij. q. vi. si qñ in apparatu

Si egrotans Quesituz fuit ab Adriano: an episcopus accusatus debeat excommunicari: quia citatus non venit. Et respondet q non: nisi per trumaciam die statuta venire tremnat: hoc est infra spacium duorum mensium vel trium: vel eo amplius prout causa dictauerit: ⁊ tunc nisi fuerit impeditus debet excommunicari. sed si egritudinem vel aliud graue impedimentū habuit: mittat legatum ad synodum: qui absentem accusatum excuset. Iste casus planus est et bonus: ⁊ sic ponendo casum videbis trinationem litere quam per expositiõem casus perpendes. Vel pone casum sicut litera sonat. Statuit adrianus in synodo vt si episcopus accusatus eger fuerit: vel aliud impedimentum habuerit mittat legatum qui euz excuset. Sed si die statuta hoc est infra spacium duoꝝ vel trium mensiuz vel eo amplius prout causa dictauerit citatus per cõtumaciam non venerit: debet excõmunicari: nisi aliena id est grauis eũ necessitas primo occupauerit.

Reos Dicitur hic q si quis de capitali crimine accusat: potest se excusare per procuratorem: qui impedimentum alleget absentis

§. Ecce Concludit gratianus ex supradictis q in causa criminali potest quis procuratorem mittere si impeditus: non vt causam agat principalē sed vt excuset absentem. Causam em̄ criminalem nullus per procuratorem agere pt sed per seip̄m: vt infra. c. i.

In criminalib⁹ Adrianus fuit interrogatus an per procuratorem quis accusare possit vel respondere in causa criminali. Et respondet dicens q non: sed in propria persona sit accusator: ⁊ etiam accusatus

Quia epūs Dicitur in hoc. c. q vnusquisq episcopus vel sacerdos in ciuili causa. propria vel ecclesiastica debet habere procuratorez bone fame ⁊ vite laudabilis. in cā vero criminali non nisi p se agat ⁊ rūdeat

Questio IIII

Quod aūt absq Dicit intitulat quarta questio qua queritur an episcopus sit damnandus sine synodali autoritate. Sed hec questio tracta fuit supra. iij. q. viij. sed hoc solum additur hic q Romanus pontifex potest episcopum sine concilio damnare. vt infra. ea. §. quod vero

Nullus episcopus Quesitum fuit a Julio vtruz episcopus sit damnandus absq synodo epoꝝ. Et respondet q non: que debet congregari suo tpe ⁊ autoritate pape speciali. sed si aliter p̄sumptum fuerit vanū erit

Duodecim iudices Dicitur hic q si necesse fuerit epūs accusatus duodecim habeat iudices a se electos: qui crimen examinabunt episcopi. sed pape sententiam dabit L Si necesse fuerit. quod est si metropolitan⁹ non eligit: vel subpectos elegit

§. Quod vero Dictum est ī. s. in ca. nullus q epūs damnari non debet sine synodo congregata. qđ intelligi debet absq p̄iudicio romane sedis. Nam romanus pontifex quoslibet potest absoluere ⁊ damnare absq synodo congregata. quod duabus auctoritatibus probat gratianus. s. gelasij ⁊ adriani. ⁊ seqnti. §. dicit q in synodo vbi epūs accusat non debet aliquis facere strepitum vel tumultū vel aliquid simile

In loco benedictio nis. Dicit in hoc ca. q in synodo vbi epūs accusatur vel cae difficiles tractantur nullus debet facere strepitum vel tumultū: nec cõtentiosis vocibus acclamare: autoritate

apostoli ꝛ ysaie ꝓphete. sed omnia debent humiliter proferri. ne ꝓtentiosis vocib⁹ sen sus turbet auditoꝝ. ꝛ vigor iudiciari⁹ emu meret ꝓpter tumultū. ꝛ si quis fecerit stre pitū vel tumultū eijciat velut irrisor auto ritate salomonis dicentis. eijce derisorē ꝛc ꝛ iniam excōicationis p triduū patiet.

Questio V.

Hunc aūt Dic intitulat ur an aliquis sit maliuolus iudicand⁹. qz iudicat crimen alterius. et certe si bono zelo hoc faciat ꝓmissa admonitione nō de bet maliuolus iudicari. vt. ij. q. ij. si peccaue rit. dum tū iudicet tali qui possit prodesse ꝛ non obesse. vt. xxij. q. v. hoc videt. Itē si cri mē quod ꝓponitur vult probare. si ex ca ritate hoc facit: auditur. vt infra. c. i. Si ex odio hoc facit: repellitur. vt supra. ij. q. vij. Si qui sunt

Non nos Quidam se putabāt malos ꝛ peccare cum iudicabant crimen alteri⁹. Sed aug⁹ dicat ꝙ non peccant si hoc bona fide faciūt. imo magis delinquūt si tacent ꝓmittendo peri re quos corrigere possunt. Et hoc probat similitudine morbi corporalis vel alterius

Non oīs Vincentius hereticus ꝓpellebat flagellis ad fidem quam susceperit retinendaz. de quo vincentius ꝙquerebatur. Augustin⁹ vero dicit ꝙ cogi potest. quia errantibus ꝛ ma lis non est parcendum. sed corrigendi sunt et quia correctores sunt meliores ꝙ alij. et hoc probat ꝙnqz exemplis. scz amici ꝛ dis pensatoris: medici: dei: ꝛ pastoris. Primū exemplum est in principio. Secūdū est ibi L. Unius. Tertiū ibi L. Et qui freneticuz. Quartū ibi L. Qui nos potest. Quintū ibi L. Noueris aliquem.

Nō osculatur Probat ꝟ ambro. ꝙ si ex caritate delinquentes corrigant bonuz est. Et hoc probat exemplo patris. ꝛ auto ritate salomonis dicētis. dulciora sunt ꝛc.

Ex his Concludit gratianus ex supradictis. c. ꝙ me lius est aliorum crimina ex caritate iudica re ꝙ celare. Sed eusebius videtur dicere cōtrarium qui sponte alioꝝ crimina confi tentes repellit ab accusatione eoꝝ. Et ad hoc inducit sequentia. c.

Illi qui In hoc. c. continent tria genera personarum que repelluntur ab accusatione eoꝝ. scz. in fide catholica suspecti. ꝛ inimici. ꝛ illi q̄ spō te aliorum crimina confitentur publice: scz detractores. quos si contingat recipi in ex cepto crimine in accusationem vel testimo nium contra eos. quia tales q̄uis verita tatem sciant: non est eis tamen sponte con fitentibus credendum. sed elicienda est ab eis veritas per tormēta a iudice eccīastico. scz archiepo cum reliquis episcopis. vt de suis lateribus veritas eruatur. Sequns ca. planum est

Sed aliud Soluit mō gratianus di ctam obiectionē dicens ꝙ accusare aliquē ex caritate ad hoc vt corrigatur a iudice: of ficium est pietatis ꝛ ad bonos pertinet. sed falso accusare vel falsa crimina alicui obij cere officium est impiorum et ad malos p tinet. Et hanc solutionem probat sex auto ritatibus: quarum quinqz sunt de prouer bijs salomonis

Questio VI.

Quid autem Dic intitulat sexta questio qua queritur qua pe na sit puniendus qui deficit in probatione criminis quod obiecit. Hec questio tra ctata est supra. ij. q. iij. Sed gratianus eaz repetit vt addat quedam. c. de hac materia loquentia. ꝛ vt addat de ꝓmutatōe ꝛ recon pensatiōe pene. vt qui nō ꝑt pati penā legi timā: patiat aliam loco eius. Prima duo ca. sc. p se patent

Quia Quidam subdiaconus cri men cuidam diacono obie cit. sed defecit in probatione. Quesitum fu it a gregorio qualiter debeat puniri. Et re spondet ꝙ pena talionis puniri non ꝑt: cū sit diacon⁹. sed careat promotōe sacerdotij quā habere potereat: ꝛ executiōe officij qō habebat: ꝛ tanqz reuera infamis verberib⁹

castiget velut laycus ꝓuictus de crimine. ꝛ illō ꝑbū Lvelut layco Jin apparatu exponit multipliciter. sed certe per casus positiōem debes literā intelligere

Presbiteri Quesitum fuit ab impatore: an pbri in testimoniū sint ab omnibus subijciendi. Et rñdet q̄ non ꝓpter prerogatiuā sacerdotij. hac tñ ꝺditione vt falsa non dicant. clerici vero ꝓut leges precipiunt audiant. sed si pbri falsitatem dixerint: licentiā habeant litigatores de falso eos redarguere. ꝛ quāto in maiori honore sunt positi: tanto maiori pena debent affici si in crimine repiant falsitatis. ꝛ illud verbum Lvt leges precipiunt J .i. forte in quibus casibus layci torquent et ipsi torqueant

Presbiteri Quesituꝫ fuit a iustiniano qua pena debeant puniri pbri ꝛ dyaconi: si de falso ꝓuincant. Et rñdet. si in ciuili causa falsum dixerint testimoniū: separati a ministerio dū tarat per tres annos detrudant in monasterio. Sed in criminali primū degradent deinde penis legitimis subijciant. Ceteri vero clerici sine defectū cause legales penas patiant.

Epiphanium Quidaꝫ absentes libellum accusatōnis vt epiphaniū infamarent miserunt epō suo scz ianuario. qui cuꝫ libello accusationis predictum epiphanium ad papam misit. tunc papa examinata causa: ꝛ cognita innocentia epiphanij eū absoluit ꝛ mandat epō vt illos accusatores excōmunicaret: nisi venirent ꝛ ꝓbarent crimen qō obiecerant. ita posuit Hu. casum. Beneuē. vero sic ponit casum. Epiphanius pbr ꝺiscebat rem cum quibusdā mulieribus habuisse: qō scelus quidam sermone tacito: noie suo significauit dño pape grego. quo audito precepit grego. sabino defensori: vt mulieres illas quas pbr epiphanius dicebatur cognouisse: ꝛ alios qui eiusdem rei veritatē sciunt Romam adducat. quo facto ꝛ omnibus in pñtia pape positis cum nullū crimē in epiphanio inueniret: remisit eum ad Januarium epm. coram quo si ille qui talē epistolam misit non apparuerit ꝓbatus qō obiecit ꝓbare: a ꝺmunione remouear. Sed primus casus mihi magꝭ placet. Quesequitur plana sunt vsqꝫ ad finem quantuꝫ ad casus positōnem

Causa VI.

Quo fornicatores.] Supra in. ij. ꝛ iiij. causis in multis. c. docuit gratianus q̄ criminosi ꝛ infames repellunt ab accusatōe ꝛ testimonio. sed quedā sunt crimina excepta in quib⁹ criminosi vel infames admittunt. ideo annectit hanc causam vt oñdat q̄ in crimine excepto criminosi ꝛ infames admittunt. Ostendit etiam q̄ simplici assertioni epi non creditur cum vult alium accusare. ꝛ q̄ eps accusatus ad aliuꝫ archiepm ire non debet. Ut hec ꝛ alia faciat ꝓponit theuma de quo quinqꝫ elicit questiones. Sunt aūt crimina excepta vt ōt. H. crimen lesemaiestatis. crimē pdullionis qō ē spēs cris lesemaiestatis. crimen hereticos. crimē symonie. crimē sacrilegij. crimen fraudati census vel annone Inter hec est crimen symonie qō magis in ecclesia frequentat Questio I

Quod aūt querit an criminosi ꝛ infames repellantur ab accusatōe. ꝛ certum est q̄ sic vt .ij. q. i. in primis: nisi in crimine excepto. vt lxxxi. di. si quis papa. ꝛ xv. q. iij. sane. ꝛ ꝓcedit hoc ordine gratianus in hac questione. Primo ꝓbat q̄ criminosi ꝛ infames nō debent admitti ad accusandū vsqꝫ ad §. sed licet Postea dicit q̄ in crimine excepto. ꝛ in crimine symonie bene admittunt testes isti et similes

Si sacerdos Quesitū est ab anacleto an criminosi possint accusare sacerdotes. ꝛ rñdet q̄ non. qz cum ab aplo precipiat sacerdotē sine crimine eligi: nunqꝫ debet a criminosis accusari: sed ab illis tm̄ qui pñt ad sacerdotium ꝓmoueri.

Omnes Dicit adrianus papa q̄ omnes dicunt esse infa-

fames quos leges seculi infames' appellãt: ⁊ isti tales ⁊ alij qui suis culpis nõ possunt ad sacerdotiũ promoueri repellũtur ab accusatiõe. quia sicut maior a minori iudicari non potest ita nec accusari

Illi qui Doc. c. diuidit in duas partes. Prima loquitur de peccatoribꝰ non excõicatis. Scõa de anathematizatis. In prima ergo parte dicit q̃ illi qui mortalia peccata ꝓmittũt non debent recipi ad accusandum: qz infames sunt ⁊ in baratrum dilabuntur. nisi eis a sacerdotibus est subuentum: vnde sunt ad penitentiam ꝓpellendi. In secunda parte dicitur q̃ anathematizati repelluntur similiter ab accusatione: quia infames sunt: nec possunt ꝛmunicare nobiscum nisi absoluã tur. Scõa pars incipit ibi [Similiter] Sequens. c. patet.

Beatus Jacobus epꝰ hierosolimitanꝰ quesiuit a clemente qui sint repellendi ab accusatõe epõrum. Et rñdet q̃ quatuor genera hominũ ab eoz accusatiõe debent repelli. sicut docuit beatꝰ petrꝰ. scz criminosi: ⁊ irregulares scz qui ad eũdem ordinem nõ possunt promoueri. ⁊ infames ⁊ laici omnes qui debẽt sacerdotibus subesse. qz non debent maiores a minoribꝰ iudicari vel accusari Lab humano die. Id est carnali sensu

Qui crimen Quesitum fuit ab adriano qui repellant ab accusatiõe ⁊ testimonio Et respõdet q̃ si a tpe baptismi fuit criminosus repellit ab accusatione. qz vox malor non est admittenda. Infames aũt omnes a testimonio repellũtur ⁊ qui non habẽt filios ⁊ vxorem fideles [habentes. Id. est si habuerint habeant tales.

Si oia Doc. c. loquit de occultis peccatis qui soli deo puniendi relinquũtur. Est ergo casus. Quidaz emissi accusabant prelatos suos de occultis criminibꝰ que nullo modo probare potuerunt. ⁊ dicebant se pro bono hoc facere scz vt prelati sui fierent meliores. quesitum fuit ab anacleto an benefacerent. Et respõdet q̃ non qñ si oia delicta occulta ⁊ manifesta accusarent ⁊ vindicarẽtur in hoc seculo: in futuro nil deo reseruaretur: cui soli occulta relinquũtur. ⁊ illi qui talia dicunt inuanũ laborant qui deũ volũt adiuuare. et plus stimulis inuidie q̃ amore caritatis agitantur

Sacerdotes Doc. c. diuidit in duas partes In prima pte dicit q̃ ppls: id est laici nõ sunt admittendi ad accusatõem sacerdotũ. qz subesse debent eis ⁊ nõ preesse In scõa dicit q̃ accusatores nõ sunt recipiendi nisi sint vdones: ⁊ ocs illi qui armant cõtra patres spũales accusando eos calumniose sunt infames. Scõa ps incipit ibi Ibi qui non sunt.]

Dues Quidam laici vel clerici criminosi accusabant epos ex suspitione. quod dicit pius papa non eẽ faciendũ. Et hoc probat tribus rõmbꝰ. Prima est: qz non debet esse discipulus supꝑ magistrum. Scõa qz epi a deo sunt iudicãdi. Tertia: qz laici vel subditi a prelatis talia pati nolunt

§. Ipsa aũt Quia. ꝯ. c. oues. ⁊ c. sacerdotes. et c. si oia. facta est mentio de transactõe ideo subiungit. §. astũ vt ostendat q̃ ꝯuis detractio in se mala sit: tñ iusto dei iudicio ꝓmittit vt qui nimis de se presumũt propter bonũ qđ habent ⁊ alioz laudibꝰ extollũtur in altũ: ꝑ detractionem inuidoz humiliẽtur Nõ probat ꝑ duo. c. sequẽtia Domestica] id est propria vel domestica q̃ ꝑsona

Imitare Quidaz iactabant se ꝺ bonis que faciebãt et putabant se cadere non posse. Sed ambrosius ostẽdit q̃ nemo de se presumere debet nec multum per iacturam subleuari. et hoc probat duobus exemplis. scilz petri ⁊ dauid qui nimis de se presumentes ceciderunt

Sunt Dicit grego. q̃ deus ꝓmittit bonos a malis infamari ⁊ reprehendi vt si qua nascatur elatio in corde bonoz ab ore laudantium. per os viruperantium suffocetur. Et hoc probat exẽplo pauli qui dicit. apud quosdam habiti

ſumus vt ſeductores. apud quoſdam habi//
ti ſumus veraces

§. Verum Hic oſtendit gra//tianus q̄ illud. ca. ſcz oues loquit̄ de malis ⁊ criminoſis q̄ bo nos prelatos accuſare non debent vel rep//hendere. q̄ hoc fit dyabolo inſtigante: vt p̄ tales reprehenſiones prelatis languſcenti bus corruant ipſe plebes ⁊ ſic pereliteñ. ⁊ oſtendit q̄ detractores deterius delinquūt q̄ illi qui bona rapiunt temporalia. q̄ detra ctores rapiunt bonos mores ⁊ virtutes: q̄ ſunt intrinſeca. illi aũt rapiunt extrinſeca

L In eodem .ca. i. inferiori parte eiuſdē. ca. ſcriptum eſt in yſaia

Quieſcite Docet felix papa in hoc cap̄. q̄ boni pre lati non ſunt arguendi. ⁊ hoc p̄bat autori//tate micen̄ ſynodi L Quieſcite .a vexatiōe ⁊ p̄ſecutione bonor̄ prelator̄

Ex merito Docet hic greg̃. q̄ oñes homines de bent ſeruare aures ⁊ oculos ⁊ linguam ſine macula ⁊ vitio: ⁊ ſimplicitatez columbe ha bere. Nec debent alios ⁊ maxime prelatos infamare. ⁊ hoc p̄batauctoritate dauid. p̄ phete dicentis. Sedes inquit ⁊c̄. quoniaz p̄ter mala merita plebis p̄mittit deus pre latos damnari ⁊ depr̄auari vt qui ſequitur prodiuius corruat. ⁊ vt capite languſcen//te cetera membra languſcant ¶ Sequēs ca. patet.

Deteriores Hic detractores reprehenduntur qui ſuos doctores ⁊ prelatos infamant. et dicitur q̄ ſunt deteriores q̄ illi qui bona ra piunt temporalia. quia raptores auferunt ea que extra nos ſunt. detractores vo corrum punt bonos mores noſtros. ⁊ ideo merito ſunt infames.

§. Patet Concludit gratian⁹ ex ſupradictis di. q̄ carna les ⁊ pctōres non poſſunt accuſare ſpiritua les. Et q̄ facta eſt mentio de infamib⁹ qui ab accuſatōe repellunt̄. Ideo oñdit qui f̄m canones infames a p̄pellent̄.

Infames Queſiuit Hylarius ep̄s a ſtepbano que p̄ſone ſint infames f̄m canones. Papa re ro ſtephanus reſcribit aſſignans. ⁊c. ſpeci// es infamium perſonar̄ ⁊ quaſdam alias p̄ ſonas que p̄ter irregularitatē vel alias cau ſas nec ad ſacros ordines aſcēdere nec ſum mos ſacerdotes accuſare p̃nt.

Quicunq̄ Queſitum fuit quā qui ſciens p̄mittit periurium. Et reſponde tur q̄ debet penitere per. xl. dies in pane et aqua. ⁊ ſeptem ſequentes annos. ⁊ in reſtitu// monitū nunc̄q̄ recipiat. p̄munionez tñ poſt p̃nam recipiat

Nos ſequētes In hoc c. dicitur: q̄ quecunq̄ perſone repellunt̄ ab accuſatōne f̄m leges: eedem repellunt̄ f̄m canones

§. Sed licet Dictū eſt a p̄n cipio cauſe q̄ in fames ab accuſatione p̄hibentur. Nunc re ro dicit gratianus q̄ licet generaliter p̄hibeantur: non tñ p̄hibentur ab accuſatione huius ep̄i qui ſymoniacus eſt. ⁊ hoc p̄bat tali rōne. q̄ hereticus vel ſymoniac⁹ minor eſt catholico. ſed hoc aũt generaliter intelli gat̄. ſ. vt hereticus ſit minor quolibz catho lico aug⁹. noluit diffinire.

Quero Que ſunt in hoc ca. queſtio nes. Prima eſt vtrum ille qui ignoranter incidit in hereſim grauē peccet q̄z ille qui ſcienter eſt auarus. Et ſ̄m det aug⁹. ſm illam regulam qua peccata ſci enter facta p̄ponunt̄ peccatis ignoranter perpetratis. auarus ergo videt grauiꝰ pecca care. Sed ſi forte tantum facit hereſis ma gnitudo quantum auaricia ſcienter admiſ// ſa equaliter peccant. Secunda queſtio fuit an peſſimus catholicus illi hereticō p̄po ponat̄ qui nullum hz pctū p̄ter hereſim. R̄ndet aug⁹. ſe nolle hanc q̄nem p̄cipita re. gr̃anus tñ hanc vltimā q̄nem determi nat s. ij. q. vij. §. ſed queritꝰ

§. Verum Iſte. §. reſpicit q̄ dictū eſt ſupra. ca. ro in fine ca. ⁊ s. e. §. licet. vbi videt̄ p̄batus q̄ infames cōtra hereticos et ſymoniacos admittūtur. Et dicit gratianus q̄ de illis loquuntur quos conſtat eſſe hereticos p̄

presumptionem. ꝛ ideo quilibꝫ crimino⁹ ꝛ infames ꝓtra eos admittũtur. hic aũt ep̃s de quo in theumate agit in omnib⁹ religio sis apparet. et ideo infames ab ei⁹ accusatione repelluntur

§. Hec licet Obiicit mõ grã. cõtra supdicta et dicit q licet videant que dicant in. §. rõne inti. tñ exemplo criminis lese maiestatis fal sa intelligunt. in quo non querit an cogita re ꝓtra aliam principis sit maiestatẽ ledere. an de ei⁹ nece tractauerit, eadem rõne non debet queri an symonia sit heresis. ꝫ an cõ miserit symoniã iste ep̃s. et ad hoc inducit legem sequentem

Si quis cum militi Statuerũt impatores honorius et bus Theodosius ꝛ arcadius ꝛ si quis ꝓtra principẽ fecerit cõ iurationem vel dederit vel susceperit sacrã menta dando vel recipiendo vel etiã aliud faciendo gladio feriat: omnib⁹ suis bonis publicatis. filij vero eius quibus vita miseri corditer reseruata sint remota ꝓsanguineo rum ꝛ etiã extraneo q̃ successione. sint etiaꝫ perpetuo infames ꝛ illi qui pro his intercedunt. nec vllos habeant honores nec ad sacramenta perueniant militaria: ꝛ si quis ꝺ ꝓiuratoribus in inimicũ ꝓdiderit factionem premiũ habeat ꝛ honorem. si vero fero: veniam habeat.

§. Porro Supra in. §. hoc licet posuit propositionem. in hoc. §. ponit assumptionem sui argumẽ ti sic. supra dictum est de accusatione criminis lese maiestatis. sed accusatio symonie. p cedit ad instar criminis lese maiestatis: qõ de accusatione tñ scz vt quilibet possit accusare ꝛ non de pena est intelligendũ. et q crimen lese maiestatis differat in pena a symonia probat q. l. sequentem.

Nullus Iudex in causa crimina li volebat militem vel no bilem aliquem vel in dignitate constitutuꝫ verberibus subiicere. Quesitum fuit ab imperatore an possit se tueri ratiõe militie vel generis vel dignitatis Et respondet q sic nõ tñ in crimine lese maiestatis in quo omnibus equa est cõdicio

§. Sed cum Hic concludit granus ex supdictis hoc modo. Cum symonia ꝛ crimen lese maiestatis pares sint in accusatione. ergo sicut in crimine lese maiestatis non dubitatur an sit crimen lese maiestatis: sed an cõmiserit illud. sic in crimine symonie no n dubitatur symoniaꝫ esse heresim. sed an cõ miserit symoniam licet neget heresim esse. Sed nota q gratianus bene soluit in illo §. verum. et illa solutio concordat cum gregorio. ij. q. i. in primis. ꝛ. q. vij: accusatio. et que postea dicuntur in sequẽtibus. §. sunt allegationes. hoc dicit io. ꝛ etiam beñ. Dubitamen ꝛ cardinalis non excusant eum: sed dicunt eum male dixisse: misi in illo. §. verũ Posset etiam dici q ep̃us iste de quo agit in principio theumatis infamat⁹ erat: licet religiosus apparet. ideo non prodest ei si neget symoniã eẽ heresim. sed an ꝺmiserit: vnde infames bene admittũtur cõtra ipm. et ita ꝟm hoc bene dixit gra. p totuꝫ. §. misi in §. illo verum. vbi loquit allegando ꝟm hũc intellectum

Questio .II.

Quod aũt Hic ponit ij. qõ qua q̃ritur si ep̃s accusat⁹ vertat accusationẽ suam in accusatorẽ: an sit standum simplici assertioni credendũ scz sine testibus. Et respondet q nõ vt infra. e. c. ij. ꝛ. iij.

Epũs Dicit hic q si ep̃s imposuerit crimen aliqd alicui clerico vel laico. probare debet illud in synodo ꝛ ꝓuẽtu clerico q̃. Et qd dicit de laico intelligas de crimine ecclastico vt est crimẽ vsurarum: hereseos: symonie: adulterij. scz quo ad thori separationẽ ꝛ omne crimẽ quo ad denũciationẽ ad penitẽtiam.

Sed obiicitur Dictũ e. s. in. §. q aũt q soli epo non est fides adhibẽda. Hũc vero obiicit. id ẽ incidẽter querit quid sit faciẽdũ cũ ep̃s scit alicuius delictũ sed testibus

ꝓbare non ꝑt. ⁊ de hoc rñdet ꝙ sequentia.

Si tantum Quidam epūs solus nouit crimen sui ꝓchiani. vel qz solus vidit eum peccantem. vel qz pcōz sibi dixit. nolebat cozrigi. epūs eum volebat remouere a ꝯmunione alioz: quesitū fuit in ꝯcilio varensi quid iuris sit. Et rñdet ꝙ epūs debet cum secreto monere vt resipiscat: sed nō dz publicare crimē eius cū ꝓbare non possit. si autē ille factus pertinacioz se ingerat publice coīoni: q̄diu epūs ꝓbare non ꝑt indēnis erit quo ad epm sed stabit in coīone omniū: nisi coīone epi. supple ꝓuincie. vel nisi nouerit epūs. tñ nō vitabit eū in publico sed in secreto. Quidā tñ ⁊ bñ. intelligunt .b.c. de excoīcato: quē epūs non ꝑt ꝓbare fuisse excoīcatum. ideoq; publice ꝯmunicabit ei. secreto aūt vitabit illū

Placuit Bene. sic ponit hunc casum. Quidaz ꝓfessus est suum delictū soli epō velut hoī. postea cum suum delictū cozrigere nollet epūs excoīcauit illum: nec ei ꝯmunicare volebat. ille conquest̄ est in affricano ꝯcil. epūs replicabat ꝙ ille fuerat sibi ꝓfessus crimen: sed non poterat testibus ꝓbare. quesitū est quid super hoc sit faciendū. ⁊ rñsum est in ꝯcilio Carthaginen. ꝙ epūs ex quo non ꝑt crimen ꝓbare: si doleat si ei non credat. ⁊ q̄diu nō vult ꝯmunicare illi in publico: tamdiu non coīcetur sibi ab alīs epīs. Ego aūt sic pono casum. Aliquis ꝓfessus fuit soli epō crimen suum ꝓpter qđ inciderat in excoīcationem. epūs vitabat eū in publico. quesitū fuit in cōcilio carthaginen. an bene faceret epūs. ⁊ rñdet ꝙ nō. nec putet sibi ad iniuriā ꝙ ei soli non credit si dicat eum esse excoīcatum. ⁊ q̄diu non ꝯmunicauerit ei: tamdiu ab alīs epīs non ꝯmunicet ei.

Questio III

Fidicum Dic ponit q̄stio. iij. qua q̄rit an liceat sibi expectare iudiciuz alteri⁹ metropol. ⁊ rñdet ꝙ nō vt infra. e. c. i. ij. ⁊. iij. nisi de ꝉnia sui metropolitani. vt. ij q. vi. placuit. ⁊. xi. q. iij. clericū.

Scriptum est Docet hic greg. ꝙ iudex iudicare non debet alterius parochianum. ⁊ hoc ꝓbat auctoritate legis mosaice. scz in deuteron. vbi ꝓcipit ꝙ transiens messem alienā falcem immittere non debeat. sed ꝓtinus spicas manibus ꝑt ⁊ comedat. Hanc auctoritatē exponit grego. dicens ꝙ in alienā messem. i. in alienū iudicū non debes manū extendere: sz predicatōe ⁊ bonis opibus debes hoies a vitijs separare

Scitote Docet hic pelagius quē dicat certa, puincia. scilz que habet. x. vel. xi. ciuitates ⁊ vnum regē. ⁊ ꝙ ad iudicū ꝯprouincialium oēs ciuitates se epoz ⁊ reliquoz sacerdotū debent referri vt ab eis voce ꝯsona discernant: nisi appellatum fuerit ad maiorē

Deniqz Suffredus epūs sentiēs se crimino sum vel ita infirmitate grauatū: ꝙ non poterat prodesse subiectis. adiuit primatē nō suum vel epōs alterius ꝓuncie: ⁊ cozam eis volebat epāli tui renunciare. Illi aūt epi vel primas crimen eius examinauerunt ⁊ renunciationem recepunt. qō qz male actum est: nec debuit fieri sine auctoritate pape. ideo cuidam comittit vt suffredum restituat: ⁊ si postea ꝙd fuerit cozrigendū ab eo diffiniatur ⁊ postea de causa cognoscat

§. Est tamen Supza in capitū dictuz est ꝙ aliquis non dz mittere manū in messem alienā. sed qz casus est in quo pōt quis alienū iudicare ꝓchianū. ideo glā. ponit istū. §. vt illum oñdat casum.

Placuit Statutuz fuit in ꝯcilio vt nullus episcopus doceat si eius parochianus excommunicetur ab alio epō ꝓpter predam quam fecit in suo episcopatu.

Questio IIII

Ordo Dic intitulat quartā questio. scz cuius iudicium sit expectandum si ꝓuocatus ad diuersos iudices inter se discordant in causa vel sententia epi. Et certe ꝯsueuit distingui vtrū sint iudices delegati vel ordinarij vel arbitri. ⁊ hec distinctio ꝯsueuit notari. ij. q. vi. § diffinitiua. ꝑ. si plures: ⁊ in pluribus alīs

locis legibus sez ꝛ decretis ꝛ decretalibus

Si quis Epi.xij. examinabant cām criminalez.epi.vi. dicebant eum absoluendum. alij dicebant eum ꝺemnandum. ꝛ sic dicebant euz remittendum ad papam diuersas sententias infuit in laudineñ. ꝺcil. quid sit in tāta discordia faciendum. Et responsum fuit ꝙ archiepi vicine prouincie cum aliquot epis vocari debet qui pariter residentes dirimant qōnem vt eum absoluant vel iudicent ꝺēnandum: vt negotium ad aplicuz transmittatur. Idem est casus. c. sequentis. sed in eo non fit mentio de epis vicine prouincie. et intelligunt ista duo. c. de iudicibus ordinarijs ffm beñ.

§. Nisi eadem Dictuz est s. ꝙ archiepis vicine prouincie debet vocari. sed dicit gla. hoc esse verum nisi eadē prouincia primatem habeat ad quem recurrendū est. vt sequenti. c. patz

Si inter episcopos Hoc. c. loquitur in causa ciuili. et est casus talis. Controuersia mota est inter duos epos eiusdem prouincie de rebus spūalib⁹ vel alijs negotijs. quesitum est quis debeat negotiuz terminare. Et respondetur ꝙ metropolitanus eorum cum quibusdam episcopis debet negotium terminare. et si alterutra partium non pareat sententie: defe ratur causa per appellationem ad primatē vt per eum negotium diffiniatur: cui⁹ sententie null⁹ valebit ꝛtradicere

§. Sed si omniū Dictū est supīn precedentib⁹. c. ꝙ si ꝛprouinciales non ꝛcorꝺauerint recurrendum est ad archiepiscopū vicine prouincie. Nunc ostendit gratianus ꝙ si ꝛcorꝺiter sententiam ferant cōꝺemnationis manebit sententia firma.

Si quis Hoc. c. de delegatis iudicibus loquitur. vt dicunt beñ. ꝛ h. et dicit etiā. h. ꝙ prima duo ca. possunt similiter de delegatis iudicib⁹ intelligi. possunt etiā intelligi de his qui bñt priuileglū deponendi epos suos. Est ergo casus hui⁹. c. Aliquis epus accusat⁹ fuit et depositus ꝛcorditer ab epis prouincie. Dicitur hic ꝙ de cetero ab alijs iudicari non pt sed snīa firma pmanebit nisi appellet. vt infra. §. proximo. cui⁹ casus planus est.

Qꝺ bene Quesitum fuit a nicolao vtꝫ snīa semel bñ lata iuramentis etiā interpositis possit retractari. Et respondet ꝙ non: nisi ad maiorem fuerit appellatum.

Visus Visus in ꝺcil. sardicen. surrexit dicens si aliquis epus fuerit ꝺemnat⁹: si putat se bonam causaz habere appellet ad papam. et hoc significet pape. vel ab his epis qui eum examinauerunt vel ab epis vicine prouincie. ꝛ si placuerit et renouetur iudicium: aut sententia cō firmetur. ℟. omnes placet. Ca. tamen nō facit mentionem de appellatione condemnati. et dicit hu. L. Adiudicatus .id est male iudicatus.

Questio .V.

Quod autem Dicē ōstio v. qua querit an deficiente accusatore reus sit cogendus ad purgationem. ꝛ quidē si ꝓpter hoc laborat infamia cogit ad purgationem. al's non. vt. s. ij. q. v. pbī. ꝛ. c. si mala fama. Ladē qō tractat. s. ij. q. v. vbī de hac materia satis dicitur Et nota ꝙ sequentia duo. c. intelligunt de illis qui non sunt criminē ifamati. ꝛ iō nō cogunt ad purgatiōez

Quod nūt Maximus dū accusaretur a quibusdam supplicauit gregorio. vt mitteret aliquez cardinalem vel legatū ad eū vt cozā eo probaret se innocentem. Rñdet gregorius. vtrum esset excusabile si rō nulla cogeret reū: ostendere se innocentem. sed qz hoc on⁹ accusatorib⁹ incūbit iō mādat ei vt ad eū veniat sine mora forte se defensur⁹ Sequēs. §. pz.

Actor Ad hoc vt lex faciat ad ꝓpositū grāni debz hic esse accusator: vt videt dicere beñ. licet in. l. C. sit actor. Et ffm hoc sic ponet casum. Quidā profitebat cozaz iudice se non posse probare crimen quod obijciebat. sed postulabat

vt reus cogeretur pbare ↄtrarium. quesitū fuit ab impatore quid iuris esset. Et rñdet q̄ per rerū naturam nulla est pbatio illius qui factū negat. vñ reus ad hoc cogi nō debet. ꝛ si sit ibi actor idem est casus: sed intelligit in cā ciuili Sequens. §. pz

Causa VII

Vidaz longa

Supra. vi. q. iij. c. dentq̄ facta fuit mentio de renūciatione ep̄atus. vnde gr̄anus natus occasionem subijcit causam istam in q̄ tractat de renunciatōe: ꝛ an prelato viuente alius sit ei substituendus. ꝛ de mutatōne sedis ꝛ quibusdam alijs: que omnia vt ↄpetentius agat thema ꝓponit duas inde elicies questiones. Est ergo casus Ad preces cuiusdam egrotantis ep̄i papa loco eius alium substituit. postea cum conualuisset volebat repetere cathedram cui renūciauerat

Questio .I.

Quod autē viuē

te] Dicit intitulat prima questio in qua queritᵏ an viuente ep̄o alius possit loco eius substitui. Et rñdet q̄ non nisi in casib⁹ scz nisi deponatur. vt. l. dist. post q̄. ꝛ nisi renunciet. vt infra ea. q. qualiter. ꝛ nisi mutet sedes de licentia pape. vt infra. e. mutatōes ꝛ nisi per ambitōem transtulerit se ad aliaz ecclesiam: quo casu carebit vtraq̄ habita. s. ꝛ ambita: vt infra ea. si quis ep̄us. ad instar inuasoris qui amittit rem inuasam ꝛ aliud tantundē. vt. C. vnde vi. si quis in tantam. vel nisi intrauerit monasteriū vel canonicā regularem de licentia pape. vt infra ea. hoc nequa q̄z. ꝓbat ergo primo ꝓ ciliū apud alumniā celebratū q̄ ep̄o viuente alius substitui n on dz nisi depositus sit

Scripsit

Johannes prime iusti niane ep̄s tanta egritudine capt⁹ laborabat q̄ ep̄ale officium exercere non poterat. Ne igit̄ ciuitas prefata dilaniaretᵏ ab hoste: anatholius dyaconus ꝓstantinopolitanus supplicauit gregoꝛ. vt alium substitueret ep̄m. Grego. vero rescribens ei dicit hoc non esse faciendū. iniustū est enim vt quis ꝓ egritudine sua: suo ꝓfue tur honore: sed coadiutoꝛ ei detᵏ qui vicem eius gerat: vt deus non offendaᵗ: ꝛ ciuitas non negligaᵗ.

Cum percussio

Caluinianus occasione Candidus ep̄s de vrbe vetere ricus corpalem patiebatur ꝓcussionem: cui ipsum beneficō ecclesie spoliauit. super quo cum grego. querela pulsaret precipit. Candido quatenus omnia sibi restituat. q̄ est ꝓ egritudine ecclesia priuaretᵏ vt deus offenderetᵏ ꝛ alij non inuenirent hoc exemplo deterriti qui vellent ecclesie militare. ꝛ iste casus collectᵏ ex hoc. c. ꝛ ex decre. que est extra de cle. egro. cum ꝓcussio

Presentium

Adeodatus ꝓtector biter accepit a quinciano ep̄o suo licentiam: vt ad certum tempus esset ab ecclesia sua ꝓ quibusdā suis negocijs ordinandis. sed cum ꝓter egritudinem sterisset vltra tps prefixum ei: ep̄s eius. s. quincianus aliū sibi substituit. gregaūt cum ex hoc querelam susceperit scribit clementio primati ipsius quinciani vt inde rat veritatez huius rei. ꝛ si inuenerit q̄ egritudinis causa ꝓ duos menses abfuisset: restituat eum in loco suo. substitutū ꝓpter si non per symoniam fuit ibi ꝓmotus ordinatus in alia quacunq̄ vacante ecclesia instituat.

Pontifices

Aluinus archiepiscopus duas secit cōnes. Prima fuit vt q̄ ꝓpter egritudinē pontifices sunt abijciendi a dignitate. Et rñdet q̄ non. nec alij debēt loco eoꝝ substitui nisi prius de hoc seculo migrauerint ꝛ pbēt eoꝝ defectū sufficienter implere debent. ꝛ in quib⁹ sup plere nō valent: suppleant vicini epi: qui debent cū cautela vocari: ne ecclesie preiudicium fiat. Secūda questio fuit vt q̄ epi greges suos dimittere possint. ꝛ rñdet q̄ non

Factus

Nec quinq̄ ca. loquuntᵗ de Nouatiano papa schismatico eiusq̄ complicibus Est ergo casus huius ca. ꝛ sequentis. Defuncto papa fabiano electᵒ est cornelius fere ab omnib⁹ cardinalibus. s. xvi. bito suffragio plebis ꝛ an

tiq̃ioꝝ sacerdotum ꝛ bonoꝝ virorũ ꝯsen-
su. postea nouatianus electus est a paucis
qui sic intrusus cornelũ molestando cepit
orbem pagrare ꝛ catholicos deponere epi
scopos ꝛ alios substituere. scribit ergo cy-
prianus martir omnib⁹ xp̃ianis q̃ sol⁹ cor
pa qui post illum cornelium est elect⁹ ꝓba
nelius est verus papa. sed nouatianus pa-
nus est ꝛ malus: nec dicit scõs: ĩmo poti⁹
nullus. ꝛ hortat xp̃ianos ne recipiant illuz
quia licet nunc in initio feruear: diu tñ du-
rare non potest.

Scire Scribit cyprian⁹ ad pom-
pianuz q̃ solus cornelius
epus ꝛ ei obedientes sunt in eccia. nouatia
ni vero qui cũ sacerdotibus dei pacez non
habent: ꝛ per obreptionem dignitatem ar-
ripiunt non sunt in ecclesia que tm̃ vna est:
nec potest esse diuisa L Cum epo nõ sit] scz
in cõione epi

Quã periculosum. Cornelius papa volebat renũciare papa-
tui propter tribulationes quas a nouatia-
no sustinebat. sed cyprianus dehortat̃ euz
ꝛ dicit hoc non esse ei faciendum. quia sibi
esset periculosum si in tanta tribulatione ec
clesiam dimitteret. et preterea si synodo re-
nunciaret de cetero repetere nõ posset Et
hoc probat exemplo esau qui ius primoge
niture cui renunciauit repetere nõ potuit

Deniq; Hoc.c. diuiditur in du-
as partes In prima par
te ostendit cyprianus scismaticos grau pe
na esse puniendos. Et hoc probat trib⁹ ex
emplis scz exemplo. x. tribuũ quas dñs ca-
priuauit ꝛ retrusit vltra montes caspios: qz
segregato roboã filio salomonis fecerunt si
bi regem hieroboam filium nabath. et exẽ-
plo abdo prophete qui necatus est a leone
quia comedit panem ꝛ bibit aquam in ter
ra decem tribuũ ꝯtra dñi prohibitionẽ Et
exemplo samaritanoꝝ quos dñs voluit di
mitti ꝛ preteriri. qz ibi erant scismatici. In
scda parte dicit q̃ non prodest nouatiano
adorare vnum ꝛ eundem deum quem cor-
nel⁹ adorat. qz chore ꝛ dathan ꝛ abyron ad
orabant eũdem deum cum moyse ꝛ aaron

tamẽ sunt percussi propter scisma quod fe-
cerunt: ꝛ thuribula eoꝝ ꝯflata in signuz p̃-
petuũ affixa sunt altaribus Scda ps inci
pit ibi L Ex vero]

Non furem Nono dubitã-
tanie ꝓpter mu-
nera defendebat gillaudum qui sedem ar-
uentinã vsurpauerat viuente prelato. vnde
leo monet ipsum ducem ne de cetero gillau
dum defendat

Sicut Hoc.ca. diuiditur in duas
partes. In prima parte no
tatur similitudo inter mr̃imoniuz spũale ꝛ
carnale. qz sicut vir non debet vxorem suaz
dimittere: ita nec ep̃us eccĩam suam absq;
ineuitabili necessitate vel apostolica muta-
tione. ꝛ sicut vxori non licet dimittere virũ
ꝛ adherere alij licet fuerit fornicatus: sed
aut ei recõciliari aut innupta remanere. sic
eccia suum non debet dimittere ep̃um: ꝛ si
dimiserit: aut sibi recõcilietur aut innupta
permaneat In scda parte dicit q̃ ep̃us de-
bet docere: ꝛ amare eccĩam suaz ꝛ ecõuerso
eccia ep̃m suũ Scda ps ibi L ep̃m vero]

§. Ecce Concludit gratianus ex
supradictis ꝛ bene soluit:
dicens q̃ propter egritudinem non debet
alius episcopus substitui nisi ipse infirmus
singulariter hoc postularet: ꝛ tunc licite fie-
ri potest: si hoc in scriptis postulauerit Et
hoc probat̃ p. c. s̃. e. scripsit. et ad hoc indu
cit exemplum de aug⁹. qui postulante vale-
rio senectute grauato factus est ep̃s. vt ĩ. e.
c. vñ supra Sed in originali qõ sequit̃ post
ea planum est.

Non autẽ Paulin⁹ significa-
uit romano q̃ valc-
riano ep̃o vpoñ. eccie viuo ꝛ incolumi po-
stulante coep̃s factus est ei aug⁹. de cuius
promotione ꝛ electione non solũ letat⁹ est:
sed etiã letatur q̃ affricana eccia talem me-
ruit habere pastorem

§. Hoc idem Supra in. §.
ecce ꝛ in. c. non
aũt dictuz est q̃ vno ep̃o postulante potest
alius substitui. Hunc vero probat idẽ au-
ctoritate greg. qui arimineñ. ep̃o rogante ali
um sibi substituit

Qualiter Ariminensis episcopus molestia capitis oppressus Romam iuit vt ibi liberaretur. quem tamen grego. ad preces ariminensiū vt si se melioratum sentiret ad ecclesiam suā reuerteret ipse supplicauit vt quadriēnio expectaret. date sunt ei inducie quadriennij. elapso quadrienno cum non valesceret: & grego. ad preces clericoꝝ & ciuium ipsuꝫ instantius hortaret vt rediret: renūcians supplicauit pape quatenus ibi alium ordinaret. Scripsit ergo grego. visitatoribus illiꝰ ecclesie totam seriem rei geste: & sic ammonuit clerum & populum vt dignum eligerent. et precipit eis vt illum examinent quem omnes elegerint sicut etiam ipsi postulauerūt. & si inuenerint eum dignum mittant euꝫ romam cum decreto electionis ad ordinē suscipiendum. & ibi incipit Constitutio L Dudum vestra fraternitas cognouit qualiter ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta: impediēte molestia corporis. L sacerdotes. id est epi ordinati a nobis.

Quāuis triste Quidā episcopus tantam passionem capitis incurrit q̄ factꝰ erat mentis alienate. Ne ergo grex illius ecclesie lederetur: scripsit grego. eleutherio epō & dicit q̄ ex quo infirmitas est in causa & non crimen: non potest ibi alius epūs superordinari nisi eo sponte renunciāte. & mandat ei vt vadat illuc: & si habeat lucida interualla moneat eum vt renunciet. & si renunciauerit alius loco eius substituatur. ita tamen vt epō donec vixerit debuī sumptus exhiberi ab eadem ecclesia ministrentur. Si vero ad sanam mentem non redierit: eligat ibi alius. & cōmittatur ei omnis cura ecclesie: sed non consecretur eo viuente: sed eo mortuo consecretur.

¶ Ne autem Supra in. c. q̄uis facta est mentio de mentis alienatione. Sed quia hec alienatio in officio sepe ingerit. nō constitutum est vt vnusquisq; pbr̄ alios secum habeat: qui ministeria inchoata perficere valeant.

Illud diuini Constitutū fuit in yalio Toletano vt vbi loci vel temporis vel cleri copia suffragatur quilibz sacerdos habeat coadiutorem secum: qui si dum officium celebratur casus inopinatus euenerit qui corpus obrui faciat vel mentē alienet vel terrore infundit eius vices exequatur. L Inopia temporis. id ē oportunitas. Nā si guerra esset: non posset vel nō auderet alium secū habere L Loci. vt si locus sit diuisus L Cleri. q̄ forte est ibi copia clericoꝝ.

Nihil contra Hoc ca. diuidit in duas ptes. In prima parte dicitur q̄ solemnia misterum ex quo sunt incepta: inexpleta remanere non debent: sed perfici per eum qui incepit vel per alium sc̄z episcopum vel sacerdotem si casus inopinatus contingat. quo congruo ordine perfici debent. Nihil enim interest an per eum an per alium ꝓficiantur. Nam cum omnes vnum corpus sumus in fide christi nihil ꝓtrarium formari id est inducit diuersitas personarum. In secunda parte dicitur q̄ nullus cantet missaꝫ nisi ieiunus. & q̄ nullus nisi propter impedimentum dimittat officium imperfectum. & qui contra presumpserit excōmunicetur. Secunda pars incipit L Nullus post cibū.

¶ Ecce Supra in ca. scripsit. & ca firmitate grauato nisi voluerit alius subrogari non dz: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato dabitur coadiutor. & hoc ꝓbatur per sequens ca.

Porro supradictū est q vsure non debēt exigi. nūc ponit casuz in quo possunt exigi. et ad hoc inducit sequens. c.

Ab illo Quesituz fuit ab ambro. a quo vsure exigi sine peccato vel recipi possunt. Et respondet ab illo qui nocere merito desideramus. z ōtra quē beluz iuste mouemus: sed bello vincere nō valemus. Hoc. c. intelligit. h. generaliter ō

iudeo pagano: heretico: z xp̄iano quolibet ōtra quem bellū iuste mouet

Questio .V.

Quod vero hic intitulatur v. qō vbi queritur an ex vsuris z reb⁹ male acq̄sitis possint elemosine fieri. Et certe quidā dicūt q ex nulla re illicite acquisita potest elemosina fieri. vt infra. e. elemosina. z. i. q. i. non est putāda. vbi dicit honora dñm de tuis iustis laborib⁹. z in deutz. non accipies mercedem prostibuli. Alij distinguunt vtz transferat dñium vel non. vbi nō trāsfert dñiuz de rebus illis elemosina fieri nō potest: vt de rapina z furto Vel vbi trāsfertur: sed dat repetitio: similiter elemosina fieri non potest: vt in vsura z re p metuz extorta: z etiā in symonia Ubi aūt non transfert dñium z non ōpetit repetitio: elemosina fieri potest: vt de re p meretriciū acquisita: et de re que dat hystrioni. vt infra. ca. que ab hereticis: z. c. non sane. qō dicit non accipies mercedem prostibuli nō obstat. qz oblatio licet de ea fieri nō possit: nō prohibz q̄n elemosina fieri possit. z qō dicit honora dominū de iustis laborib⁹: nō prohibet quin idem de alijs

Immolans Aug⁹. in h. c. reprehendit illos q ex male acq̄sito faciūt oblatōes. nā q offert sacrificiū vel oblatōes ex iniuste acquisito: similis est illi q interficit filiū in ōspectu patris. nā q rapit paupib⁹ z q sanguinē fūdit humanū homicida reputat: z sil'es sunt in malo Lz īmolans Iid est īmolatis.

Forte Quidā putāt se non peccare si auferant auaro z diuiti vt paupib⁹ largiant. sed dicit aug⁹ q tales dī abolica suggestione mouent: qz q talia faciunt addūt iniq̄tatem iniquitati

Si quod inueniſti. Dicit aug⁹ in hoc. c. q si aliquis inuenit aliquid z animo lucrandi retinuit. talis dicit raptor. nam qui alienuz negat. si inueniret alienū tolleret z dolet q plus non inuenit deus em̄ respicit cor z non manum Sequentia duo. c. patent.

Neqz In hoc ca. ostendit augustꝰ q̄ malum precedens: vt rapina vel inuasio non excusaꝫ ꝓpter bonum sequens. ⁊ hoc ꝓbatur duobus exemplis. scz primo ⁊ tercio. ⁊ econuerso bonum precedens non vitiaꝫ malo sequenti. ⁊ hoc ꝓbat duobus exemplis: scz secūdo ⁊ quarto. Et nota q̄ prima duo exempla oꝓponuntur sibi. ⁊ sequentia duo similiter. Secundū exēplum est ibi [Neqz eīm si alius] Terciū ibi [Neqz vituperet ordo]

Deniqz Quesitum est ab ambrosio vtꝝ in causa pecuniaria que vertitur inter aliquos possit sacerdos ꝓ altero licite postulare. Et respondet q̄ non. quia ꝓmodius est vt neuter iuuet q̄z grauet alter. quia ad officium sacerdotis spectat vt nemini noceat: sed ꝓsit omnibus. ⁊ facit principiū. c. ad ꝓpositū grāti. scz vt alienū non auferā vt alteri subueniā. [pecuniarijs] maxime

Scriptum Quesitum fuit a grego. an de illicite acq̄sitis possint facere pcōres sacrificia: vel oblatōnes. Et rñdet q̄ non. ⁊ hoc ꝓbat exemplo cayn ad cuius munera vel ꝓsonaz dñs non respexit cum malus esset ⁊ impiꝰ. sed ad abel ⁊ ad munera eius respexit. Dona enim iniquoꝝ non probat altissimus scz bonorum

·ꝯ· Contra Supra ꝓbatum est q̄ ex furto vel rapina vel ꝓ similibus elemosine vel oblatiōes fieri non debent. Nunc ꝓbat ꝓtra. exemplo iudeoꝝ: qui de vasis que mutuo acceperāt de egiptijs edificauerunt postea tabernaculū domino. Sed huic obiectioni rñdet grāanus ꝓsequens ca.

Dirit Quesitū fuit ab augꝰ. vtꝝ exemplo iudeoꝝ qui egyptios expoliauerunt auro ⁊ argento: possit quis suum proximum spoliare. Et respondet q̄ non. nec iudei furtū fecerunt: sed preceptuz dñi seruauerunt

·ꝯ· Item obijcitur. Adhuc ꝓbat grā. q̄ ex illicite acq̄sito velut ex rapina ꝑt elemosine fieri. nā rapina nullo dei mandato videt esse ꝓhibita. sed rñdet q̄ cū furtū sit ꝓhibitū oīs illicita vsurpatio intelligit esse ꝓhibita: vt ꝓbat sequenti.

Penale Docet hic augꝰ. q̄ maius est rapere manifeste q̄ occulate furari. ⁊ q̄ noie furti in lege veteri rapina ⁊ oīs illicita vsurpatio intelligit. A ꝓcēm totum significat [A parte] Furtum fm q̄ a furno. ⁊ rapine sunt illicite species vsurpationis. sed fm q̄ dicitur furtum contractio rei aliene multo domino furtum nō est species rapine.

·ꝯ· His autoritatibꝰ Concludit grā. ex omnibus supradictis. c. a principio qōnis q̄ ex rebus male acq̄sitis elemosina fieri non dz. postea ꝓbatur ⁊ rariū

Qui habetis Docet hic augꝰ. q̄ qui habet pecuniā de malo acquisitā dz quantū in se est. q̄ qui hz bonū: ⁊ ipse malus non remaneat. ⁊ absit vt nummi tui ꝙ tantū in bonum: ⁊ tu remaneas malus

Sed hoc multiplici ter [Exponit grā. hic qđ dictū est. ꝯ. in ꝑcenti. c. vbi dz q̄ de malo ꝑt quis facere bonum. ⁊ exponit illa verba triplr. Primo dz de malo facere bonū cuz reddit que illicite abstulit Secdo cū pauꝑibus dispensat que cū malo. i. cura ⁊ sollicitudine acquisiuit. et hoc ꝓbat autoritate euangelij dicentis. facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis. Tercio cum bonum quis expendit. i. qđ ex arte mathematica acq̄siuit

Non sane ptes [In prima] Hoc. c. diuidit in. ij. tur q̄ ꝓsone possint vendere suū ꝓpositum vel laborē. vt medici. oparij. aduocati ⁊ officiales. sed officiales ab vtraq; ꝑte recipiunt alij vero tm ab vna. Sunt ⁊ alie ꝑsone q̄ vendere non possunt. vt iudices ⁊ testes: q̄ magis peccant si pecuniam pro falsis etiā quis iudicijs ⁊ testimonijs accipiunt q̄m si accipiunt pro veris. [In secunda parte] dicitur q̄ illud qđ officiales acq̄runt rōne officij etiā cum pcō possunt pauꝑibus erogare. Que vero furto vel rapina vel inuasione

acquiruntur non sunt paupibus erogãda. Hcõa ps ibi Listi si viam ¶ Ego bar. sic cre do casum ponendum. beñ. vero breuꝰ po nit. et scias q hu. intelligit illud verbuz isti si viam. de omnibus supradictis: scz iudice aduocato: teste: officiali: t iurisperito

Questio .VI.

Quod vero dicitur se tulatur se ptã gõ qua queritꝝ vtꝝ quis penitere possit nisi reddat aliena. Et rñdet q non si potest reddere ea vel eoꝝ estimationem

Si res aliena Macedoni us de quatuor quesiuit ab augꝰ. Primo an dimittatur peccatum nisi restituatur ablatuz. et respõdet q non si potest restitui Secũdo an furtio an eccia pro talibus verberatis possit i tercedere. et respondet q sic: non vt ablata non reddantur: quia sic socia criminis vi deretur Quarto an clerici debeãt tales ver berare vel verberandos iudici tradere secu lari. Et respõdet q non sed minari sibi hu manum iudicium aliquando. duiinum ve ro semper: quandoqz clam quandoqz ma nifeste: prout peccatum est occultuz vel ma nifestum: vel prout exigit diuersitas perso narum. Hcõa responsio est tibi L huic certe non ¶ Certia ibi L sed nõ in hũanũ ¶ Quare ta ibi L sed nunquid ¶ Lnos Jsupple clerici.

¶ Si vero Dictum est supra no restitui debet. Nunc vero ponit gra. ca sum in quo non ipsa sed eiꝰ estimatio est re stituenda: puta cum res fuerit cõsecrata. et ad hoc inducit sequens. c.

Comperimus Aliquis raput aurgentum vel aurum: epõs hoc sciens calices inde factos temere t inconsulte Jsecrauit. precipit ergo grego. cuidaz vt Jpellat epm ad estimationez rei ablate t non ad rẽ ipaz Jsecratam. et dicit beñ. t ertiã. h. hoc innuit q epõs qui Jsecrauit raptor fuit illius argẽ

¶ Pro malis Ci zauri Adhuc pro bat gratia. q eccia p malis intercedere põt: et non eos temere defendere. et ad hoc induc it sequens. c.

Si qui in furtis Quidã nomine romanus romane ecclesie defensor latro nes temere defendebat: quare grego. preci pit ei ne fures iniuste defẽdat ne ex hoc ipa infametur ecclesia. sed monendo et interce dendo opem ferat inquantum decet eccle siam

¶ Furtum autem. Quia supra facta est mentio de furto ideo nunc ostendit gra. q furtum magis Jsidera tur in affectu furantis qz in quãtitate ex terioꝝ. et ad hoc inducit sequens. c.

Furtum autem Ostendit hie ronimꝰ in hoc. ca. q furtũ ita Jmittit in re parua sicut in re magna vbi magis attẽdit mens furãdi qz qntitas rei ablate. Et hoc probat ad instar fornicatiõis que ita Jmittit in muliere pulcra: sicut in turpi. ita in ancilla sicut in ingenua. eque in paupere vt in opulenta.

Causa XV.

Sacerdos qui daz ¶ Supra in proxima cã tractatuz est de auaricia que obumbrat mentem clericoꝝ. Sed quia incontinentia idẽfacit ideo sub nectit. xv. causam in qua de incontinentia tractat t de his que fiunt mente alienata t de aliis multis que vt melius pateant thema proponit de quo. viij. elicit questiones

Casus thematis talis est. Quidam cuz essz clericus fornicationem cõmisit: post sa cerdotium factus furiosus quendam ho minem interfecit. recuperata sanitate muli er quam cognouit ipsum apud episcopum accusat: die vero dominica episcopus cau sam examinat. sacerdos crimen negans ac quirit patronos pro precio. tandem episco pus ille confessionem verbis extorquens sy nodo absqz episcoporum concilio illum cõ demnauit

Questio .I.

QVod autem Dicitur prima questio vbi ꝺr an ea que fiunt mente alienata debeant imputari Et rñdet ꝙ non. vt infra ea. aliquos. ⁊ ca. illa ⁊ s. iij. q. ix. iudicas. Et ꝓcedit hoc ꝛdie gratianus. Primo ꝓbat ꝙ ea que fiunt in alienatõe mentis imputanť. postea ꝓbat ꝛtrarium: ⁊ rñdet allegatis. tandem ꝺat veram solutõem. vt infra. e. §. vlti. Q rñdit ergo primo gr̃anus ꝙ siue pctã ꝓcedant ex voluntate siue ex carnis infirmitate sp imputanť ad penam. qꝺ ꝓbat. iij. autoritatibus. postea ꝓbat ꝛtrariuz. cum pctm̃ ſm aug⁹. sit adeo voluntariũ vt nullo modo sit peccatum: nisi de voluntate ꝓcedat. Lnon sint. meliꝰ ꝺixisset siue non. qꝛ primo ꝓbat ꝙ imputatur.

§. Sed et hoc Superius dictuz est ꝙ pctm̃ vſqz adeo est voluntariũ vt nullo modo sit pctm̃ nisi sit voluntariũ Sed qꝛ multum facere videbať ꝓ ꝺefensione sacerdotis furiosi ideo eius impugnatoꝛ ꝺr ꝙ autoritas illa aug⁹. intelligiť de eo qꝺ est tm̃modo pctm̃: ⁊ non de eo qꝺ est pena peccati. et ad hoc ꝓbãdum inducit duas autoritates aug⁹. quibus quodammõ voluntaria peccata ꝺici possint que a nescientib⁹ ⁊ coactis perpetrantť L Non immerito. sed merito Lnon omnimõ Lnon voluntaria ꝺici: sed quoꝺãmodo voluntaria ꝺici p̃nt.

Merito Que sunt hic qõnes. quarum prima est. an peccata nescientium ꝺicanť pctã nolentium. Et rñdet ꝙ sic. ⁊ ista rñsio est in fine ca. Secũda est. an pctm̃ qꝺ quis p metum facit ꝺicatur esse pctm̃ volentis vel nolentis Et rñderur ꝙ volentis. qꝛ licet quis nolit ꝺirecte ipsum pctm̃ ad qꝺ ꝙpellitur. indirecte tamen vult illud p aliud qꝺ habere non p̃t sine illo pctõ Et ad hoc ꝓbandũ inducit exemplũ de pierãte. Lhec si ita se hñt. scz ꝙ pctã coactiua sunt volentium

Illud Redit nunc gr̃anus ad principale ꝓpositum ⁊ inducit legem istam ad ꝓbandum ꝙ ea que fiunt ex ignorantia vel mente alienata non imputãtur. Casus ergo sic ponit. Questum fuit a iurisperito vtr quicunqꝫ potest pati iniuriam possit facere iniuriam. Et rñdet ꝙ sic. nisi sit furiosus vel impubes qui nõ est doli capar. nam isti iniuriam pati p̃nt. facere vero nunqꝫ: cũ iniuria non ꝓcedat nisi ex voluntate. scz ⁊ ꝓbat ꝺuobus exemplis. scz exemplo iocose alium ꝓcutientis. ⁊ dm̃ interficientis. libeꝫ hominem quem putat esse seruũ suũ. Et nota ꝙ lex ista vt ꝺicit. Q. ⁊ Jo. bene. male ponit hic cum inducat ꝓ ꝺefensiõe ad ostendendũ ꝙ ea que fiunt mente aliena non imputantur. sed ꝺebuerlegi post. § sequentem. vel in sequenti. §. post illum. nõ ꝓcesserunt

§. Vt itaqꝫ Concludit gratianus ex supra ꝺictis: ꝺicens ꝙ peccata imputanť siue ex voluntate siue ex infirmitate ꝓcedant. postea respondet huic ꝛclusioni ꝺistinguens ꝙ infirmitas carnis est ꝺuplex. alia est concupiscentia carnis que impuratur. ⁊ hec non ꝺicitur ꝓprie infirmitas carnis. quia accidit anime ex ꝛiunctõne carnis. Alia est ratio elementoꝝ ⁊ humoꝝ que ꝺicitur propꝛie infirmitas carnis. vnde febres ⁊ furor que oriunť non imputanť. Similiter infirmitas animi ꝺuplex est. Alia est mala qualitas: vt ira ⁊ ꝺium que imputanť. Alia ⁊ obliuio vel ignorantia que non imputanť: cum sint pena peccati. Sed postea obiicitur de Lamech quem non excusauit infirmitas cecitatis cum cayn interfecit sagitta ꝺo. Et tandem soluit ꝺicens ꝙ cecitas: ignorantia similes sunt. Nam ex vtraqꝫ quedam fiunt que imputantur: ⁊ quedam que non imputantur. Nam si cecus cognoscat aliquam quam putat esse suam vxorem: nõ est reus adultery. Si vero cecus aliquem perimat iactando. reus est homicidij. qui cum non sit compos mentis in occidendo non peccat: quia ꝺeliberare non potest. vn ꝺe pupillo ⁊ furioso in maleficijs subuenitur. ⁊ ad hoc inducit legem illam scilicet illud: que ꝺeberet hic legi: ⁊ ca. sequens saliꝰ firmissime

Firmissime Petrus quesi// uit ab augustꝫ. vtrum quilibet sit accepturus vitam eter// nam nisi fuerit baptisat⁹ ꝛ penitentiam ege rit. et respondet ꝙ non: nisi fuerit baptisat⁹ sanguine suo: vel in aqua: vel nisi habuerit cordis ꝓtritionem Et docet ꝙ baptismus et penitentia adultis sit necessaria. paruu// lis ꝩo baptism⁹ solūmodo sufficit q̄diu rō ne vti; non possunt

¶ **Ex eo autem** Conclu dit gr̄a. expresse supꝛa. c. scz ꝙ nec adulto nec par// uulo post baptismū peccatū imputat: nisi vratur ratione. sicut nec brutis animalib⁹ aliquid imputatur. Et ad hoc probanduꝫ inducit autoritatem aug⁹. reperitur tamen in scriptura animalia esse interfecta nō rō// ne delicti: sed quia facti memoriam reficiāt vt infra sequenti. ca.

Mulier Hoc. c. diuiditur i duas partes. In prima ponit autoritas leuitici in qua dicit ꝙ mulier que accesserit ad aliquod pecus debet interfici ꝛ pecus similiter. In scda pte ponit ver// ba aug⁹. exponentis illā autoritatem ꝛ dí// cit ꝙ animalia iubentur interfici: non quia peccauerunt. sed quia reficiant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi L Querit quomodo]

¶ **De furiosis** Quia fa cta est supe rius mentio de furiosis ideo nūc euidenter ostendit gr̄a. ꝙ ea que fiūt ꝛpe furoꝛis non imputant. ꝛ ad hoc inducit sequens. c.

Aliquos Quidam furiosi quos// dam interfecerunt. que situm fuit ab augustino vtrum eis impute// tur. Et respondetur ꝙ non. quia nō ex vo// luntate fecerunt. sed impellente furoꝛe ꝛ ne scientes fecerunt.

Illa cauenda Quesitū fu// it ab ambro sio: que sunt illa que imputantur alicui: ꝛ q̄ non Et respondet ꝙ peccata que procedūt ex voluntate imputant: ꝛ etiam que proce// dunt ex imperitia. in his tñ locus erat refri geriꝫ in veteri testamento. qđ probat auto// ritate legis moysaice. sed egritudo ꝓ pauper tas moꝛis ꝛ ignobilitas: cum non sint mala non imputant

Bene Ostendit ambro. in hoc. ca. ebrietatem esse vitandam ꝓ quam si qua mala faciūt ebrij apud sapien// tes impunita relinquūt ꝛ donat venia. ꝛ ō hoc damnant qꝛ faciles fuerunt ad bibēdū vltra modum.

Ui concupiscentia. Ostendit hic aug⁹. ꝙ si homo vigilans ex// tra mentem positus aliquid ꝓ concupiscentiā vel inobedientiam faciat non ꝑmittit moꝛ tale peccatū. ꝛ hoc ad instar doꝛmientis in quo concupiscentia siue culpa sua lege mo uetur

Inebriauerunt Hoc. c. diuidit in duas partes. In prima ponunt verba genesis Inebriauerunt ꝛc̄. In scda verba aug⁹. exponentis verba illa. Dicit em̄ ꝙ ꝓ// pter incestū loth puniri non debꝫ: sed qꝛ ni mis fuit facilis ad inebriandū Scda ps ē ibi L Quapropter] Ita videt casus ponen dus ad hoc vt faciat ad ꝓposituꝫ gr̄a. glose tñ diuersimode verba illa exponūt.

Non est quod Quidā pec cata que cō mittebant in alios dabant. sed probat am bro. ꝙ crimina ex propria voluntate ꝑmit// tuntur ꝓ que quis se diabolo subijcit: sicut quis ex propria voluntate miles christi ef// ficitur

Nec is Hoc. c. diuiditur in duas partes In prima dicit ꝙ si quis casu interfecerit aliquem minister dei est. qđ probat autoritate deut. sicut leuita minister est remissionis. In scda dicit ꝙ cū interficit aliquis impius xp̄us diffundit ꝓ orbem Et ꝓbat autoritate dñi dicētis in exodo. i ea die ꝛc̄. Scda ps ibi L id quoq;] Lin man⁹ ei⁹] id est occidentis casu.

¶ **Cum itaq;** Concludit gr̄a. ex supdi ctis ꝙ sacerdos iste nō est reus homicidij: ꝛ ideo sacerdotio priuari non debet. sed ꝑtra hoc statim obijcit sequens. c. cui⁹ casus ꝓ.

§. Sed hoc forte Modo solut supradictum ca. gratianus. & dicit q̄ ꝑt de eo intelligi qui sua culpa incidit in furorem. Postea obīcit ctra hoc & dicit q̄ quedam sunt que non deīciunt ꝓmotum: nec imputant ad penam sed impediunt executionem. vnde sicut ꝓmotum ambitio impedit promouendum: & si ad penam filio non imputetur. Ita ea que fiunt in mente alienata non imputantur ad penā: & si executionem impediant. & ad h̄ inducit sequens. c.

Si quis non iratus Dicit in hoc. ca. q̄ si quis corrigendo discipulum suum casu eum occiderit: non imputatur ei quo ad deum qui voluntatez respicit & non factum. sed quantum ad legem promotionis est reus in qua opus requiritur & non voluntas. & hoc probat iheronimꝰ exemplo virginis oꝓresse: que etsi non peccauerit: inter virgines tamen consecrari non potest.

§. Sicut ergo Infert gratianus ex supradicto. c. dicens q̄ iste sacerdos innocēs est quo ad deum: sed quantū ad executōem officij reus habet

§. His ita Modo ponit h̄ gratianus veram solutōnem dicens q̄ multa impediunt ꝓmouendum que non deīciunt tam ꝓmotum. Si sacerdos iste etsi ꝓmoueri non possit: nō carebit sacerdotio iam suscepto: nisi forte nunq̄ ad sanā mentē rediret. & ad h̄ inducit ca. vij. q. i. q̄uis triste

Questio II

Pro impēsis Dicitur secunda questio vbi querit an clerici ꝓ impensis patrocinijs salaria petere possint. Et rñdetur. Clerici aut sunt religiosi: aut sunt seculares. Religiosi exigere nō p̄nt vt infra ea. §. vltimo. q̄ postulare non p̄nt. nisi in causa monasterij sui & de abbatis licentia. vt. xvi. q. i. monachi. Si vero sunt seculares: coram seculari iudice postulare non possunt si sunt in sacris ordinibus constituti. vel in minoribus si habeant beneficium vnde viuant: nisi in ꝓpria causa vel ecclesie sue. vel miserabilium personarū. vt dicebat in ꝯcilio lateran. de postulando. Clericis in criminali causa coram seculari iudice non p̄nt aduocare. vt. li. dist. aliquamos: & coram ecclastico aduocabunt. ꝯcitamen & sacerdotes aduocare non possunt. vt. v. q. ij q̄ episcopus.

Obseruandum Queritur in terraconen. ꝯcilio vtrū clerici mercenarium aduocato ꝓ patrocinijs munera exigere possent. Et respondet q̄ non. sed sponte oblata possunt recipere. & si quis ꝓtrafecerit tanq̄ vsurarius deponat.

§. Hoc autem Dicit gratianus q̄ hoc ea. de regularibus loquitur. Seculares vero clerici ꝓsuetudine eccie ꝓ impensis ꝓpriis munera exigere p̄nt

Questio III.

Circio Dic ponitur tercia questio qua querit. vtrum ex mulieris cōfessione ꝓcedi possit. vt infra ea. nemini. Dicimo tamen quod non. quia est. q̄ sedm. canones nullus potest sacerdotem accusare nec in eum testificari qui nō est sacerdos. nec potest ad sacerdotium promoueri. sed mulier ad sacerdotium promoueri non potest: nec etiam ad dyaconatum. & ita mulier accusare non potest. ad quod inducit ca. q. vij. ipsi apostoli. Secunda ratio est quia mulier sedm leges apud iudices postulare non potest nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Quare cum ista mulier nec suam nec suorum iniuriam prosequatur: ad accusandum admitti non debet. Postea probatur contrarium. Nam mulier admittitur ad magistratus. scilicet ad iudicandum. & hoc probat exemplo Delboze propheteisse: que populum israhel in veteri testamento iudicauit. ergo etiam potest ad accusandum admitti: cum non prohibeatur ꝓ diuinam scripturā.

¶. His itaqz respon det. Rñdet gra. obiectiõi supradicte dicẽs q licz in veter testamento ꝓhm iudicasset bodie rõ non ꝑmittit: sed ꝓpt ꝓpter pec catũ qõ induxit mulier debet verecũdari z viro subija: in cui⁹ signũ iubetur habere ca put velatum. Postea probat q in quibus dam casib⁹ mulier admittit ad accusandu z hoc probat p. l. sequentes

De crimine Quesitũ est ab imperatore vtruz mulier in publico iudicio quẽdaz valeat ac cusare. Et rñdet q non nisi suam vel suorũ iniuriã prosequat: z nisi in criminib⁹ in q bus est a spẽ aliter ꝓcessum accusare sine in scriptione. z ideo discretus iudex examina bit vtrum tale sit crimen ad cui⁹ accusatio nem possit admitti.

Et eo Lex iulia de adulte. prohi bet mulierem ꝓdemnaz re stificari. ergo a ꝓtrario sensu non ꝓdemna ta ad testimoniũ potest admitti

¶. Nõ est permissuz Mulier non potest quenq̃ in iudicio pu blico accusare: nisi suam vel suoꝝ prosequa tur iniuriam

Certis de causis Dicit in hac lege q ꝓcessuz est mulieribus accusare si su am vel suorum iniuriam prosequantur: cõ tra quos non coguntur inuite dicere testi monium: similiter si volũt dicere testimoni um suoꝝ sanguineoꝝ vt liberti patroni vel matroni esse falsuz: admittunt ad accu sandũ. pupillus vero vel pupilla mortẽ pa tris vel aui exequi potest autoritate tuto ris. similiter de testamento patris potest ex periri

¶. In questionibus Dicit hic q in crimine lese maiestatis muli er potest accusare. qõ probat exemplo mu lieris iulie que cathelinam ꝓiurantez mar cho tullio detexit

¶. Quecunqz Dictum ẽ su pra q mulier admittitur in publico crimine z in crimine lese maiestatis ad accusandum. Nunc vero probat q admittitur in crimine symonie: cum admittitur in publico crimine z in cri mine lese maiestatis. Et ad hoc inducit. l. sequentem.

Bene quisquis Statu it leo im perator in hac. l. vt si quis romanam sedez per pecuniam acquisierit vel alium per pe cuniam ordinauerit vel elegerit: ad instar criminis lese maiestatis accusatus z quict⁹ deponatur z perpetuo infamet: cũ ipsi sint in crimine pares

¶. Cum autem Iste. §. di uiditur in duas partes In prima ꝓcludit gratianus ex supradictis dicens q canones non reci piunt accusationes quas leges seculi repel lunt. ergo a ꝓtrario sensu per canones sunt admittendi que per leges non prohibent. Postea respondet huic conclusioni dicẽs: q bene infertur: quia leges prohibent om nes clericos nuptias contrahere qui pro pter canones prohibentur: non tamen le ges admittunt copulam omniũ clericoꝝ que p canones non prohibent. Et de hoc ponit exemplũ. Et ita q̃uis canones non admittunt accusationes quas non admit tunt leges: non tñ recipiunt omnes quas leges admittũt. In scõa parte dicitur q in negotijs eccliasticis tunc legibus est vtẽdũ cũ canonibus non ꝓtradicunt. vnde per le ges mulier in crimie lese maiestatis z symo nie admittitur ad accusandum: z per cano nes est admittenda: vel ostendatur canon per quem repellatur. Et si quis dicere ve lit q mulier alios de symonia et non sacer dotes possit accusare: tunc eius distinctio locum non habebit: nisi specialiter hoc ali qua lege inueniatur esse prohibitum: cum legibus generaliter ei permissum videatur Postea huic questioni respõdet dicens q spẽalia sunt crimina in quib⁹ mulieri ꝑmit tit accusare inter que cũ fornicatio nõ con numeretur de qua mulier ꝓbm accusat: patet q propter hoc mulier non sit repel lenda: et etiam propter aliud. quia dum se

ꝓfitetur ꝓtra sacerdotem ei credi non debet vt infra sequenti cap. Hcōa ps incipit ibi [Sed sicut rē]

Nemini Quesituꝫ est a iulio papa vtꝫ alicui de se ꝓfesso ꝓtra ꝓsocium criminis sit credenduꝫ Et rñdet q̄ non: nisi in crimine lesemaiestatis. q̄ omnis ꝓfessio accusanti periculosa est aduersus quemlibet. Item. §. qui postea sequit planus est.

Questio IIII

Quod vero Dicinti tulak. iiij. qō qua querit vtꝫ die dñico liceat causas ventilare. Et rñdetur q̄ nec dominico nec alijs diebus feriatis vt infra. c. c. i. ij. ꝛ. iij. nisi tractet de pace. vt infra. xxij. q. v. decreuit. ꝛ nisi ꝓtes in hoc sponte ꝓsentiāt. vt. ff. de ferijs. l. i. Item si res sit tempe pertura agitur diebus feriatis Liberalia quoq̄ iudicia diebus illis tractanť. ꝛ de amouēdis officiatis ꝛ de alimentis ꝛ atrocib⁹ iniurijs: vt aliquis in possessionē causa rei seruande mittat agitur diebus istis vt. ff. e. l. ij ꝛ. iij. ꝛ ꝓtra insignes latrones agit dieb⁹ feriatis. vt. c. e. prouinciaꝫ. ꝛ in quibusdā alijs casibus: qui notanť. C. eo. t. ꝛ in summa huius qōnis.

Nullus episcopoꝝ Statutū fuit in ꝓcilio ferraco neñ. vt in diebus dñicis vel alijs solemnibus dieb⁹ epi vel alij clerici causas ventilare non audeāt: sed in alijs diebus possunt excepta cā criminali vbi agit ad sanguinis effusionē.

Placita Hoc ca. diuidit in duas partes In prima dicitur vt in diebus dominicis ꝛ precipuis festiuitatibus: vel in legitimis ieiunijs secularia placita non tractenť. In secunda parte dicit q̄ in. vij. diebus ante natiuitatem domini vsq̄ in octauam epiphanie. ꝛ a quinquagesima vsq̄ ad octauam pasche. ꝛ septez diebus ante festum sancti Johānis baptiste non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars est ibi [Insup] Sequens ca. patz

Questio V.

Purgationē Dicinti tulak. v. questio qua querit an negāti sit purgatio indicenda. Et respondet q̄ non: si de crimine non est infamatus. vt. v. q. v. c. vno. Si aūt est infamatus de crimine indicit ei purgatio: vt infra. c. c. i.

De crimine Aldricus dyaconus habebat suspectus de quodam crimine: ꝛ ideo q̄ ipsum aldricum meneñ. epūs ꝓsuluit stephanū papam qualiter sup hoc esset ꝓcedendum. Et rñdet si accusatores testes ydonei reputantur coram certo numero epōꝝ accuset ipse aldricus. ꝛ si ꝓfessus fuerit vl legitimis testibus ꝙuictus: canonica sīa feriat. Si vero crimen nō ꝓfiteat: nec testibus poterit pbari ꝛ infamatus est de crimine: nō in publico: sed coram te ꝛ aliquot testibus pbis ꝛ dyaconibus secreto se purget: ꝓ testimonio ramento. ꝛ deinde ꝓmoneat clericos neꝑfatum dyaconum infamare ꝓsumant. ꝛc. plo cham qui maledictus fuit in filijs q̄ vrenda patris derisit

Presbiter Quidam epūs scissus pbī ꝛ cuiusdam dyaconi sui: qō peccatuꝫ cuiusdam sibi notum erat p eoꝝ ꝓfessionem sibi ꝛ iudicium factam: ꝓpellebat eos publice cōfiteri. quod cū facere nollent sed sacramēto defendere vellent: ab officio vtrūq; suspēdit. sup hoc Salon ostantieñ. epūs queruit a nicolao de duobus. vtꝫ per solam penitentiam posset pbī vel dyaconus ad officium reparī cum epō sit notum scelus esse ꝑpetratum. ꝛ rñdet q̄ non: sed p testiū aplo batōem vel spontaneam ꝓfessionem in iudicio factam: ita ponit Beneuē. hunc casum. A. vero sic. Quidam epūs dicebat se sare crimen cuiusdam pbī ꝛ cuiusdaꝫ dyaconi. ꝛ ideo noluit purgationem eoꝝ recipe. sed statim eos deposuit. tandem delata fuit cā ad salonem epm per delegatōem dñi papē vel per appellatōem. q̄ forte metropolita⁹ eoꝝ erat. qui dum veller de cā cognoscere epūs instabat ꝛ dicebat ne reciper purganem eoꝝ. q̄ eos iuste damnauerat. Dubitabat ergo salon. ꝛ in hoc articulo domini

papaz ꝺsoluit: cui nunc papa rescribit oste
dens qualiter in cā debeat procedere. si cēm
legitime sunt ꝺuicti vel ꝺfessi in iure: rema
neant sic dispositi. si vero nec in iure sint cō
fessi nec legitimis testibꝫ cozā suo epo con
uicti: pristino statui siue honori restituant.

Questio VI.

Quod vero Dic intitulat. vi. qō qua queritur an ꝺfessio sit cruciatibꝫ extoz quenda. Et rñdetur q viles testes possunt cruciari. vt. v. q. vi. pbz. z. ij. q. i. in primis. accusatoz vero non est cruciandus a iudice nisi in crimine excepto propter inopiam probationum vel ne falsitatez dicat. vt. C. ad legē. iul. maiestatis. si quis. vbi quilibet accusatoz z reꝰ z testis torqueat. als a reo veritas nō est cruciatibꝫ eruenda. vt infra. c. c. i. de hoc satis notatur in summa hui⁹ qōnis.

Hi sacerdotibus Hi gnificatū fuit alexandro pape q ꝺdam capiebant epos vel sacerdotes vel autores eccliā: vel ab eis p metū vel fraudez aut p vim ꝺfessiones extoz quebant in scriptis: vt sic suis bonis eos expoliarent vel vt suas causas non requirerent vel vt desecta eoz esse ꝺfiterent: z hoc coram populis eos ꝺfiteri faciebant. quare statuit papa alexander vt propter hoc nullam infamiā vel calūniam vel preiudiciū aliquod patiant: qz deus respicit potius ad cogitationes z volūtates hominū q̄ ad actus qui p simplicitatē vel necessitatem fiūt. nam in talibus non extoz ta sed spontanea ꝺfessio est exigenda. l. fides non est. id est non facit fidem

Autoritatem Archiepus treuerē. z p positus eius z multi alij clerici capti fuerūt a quibusdam predonibus z coacti fuerunt ab eis se obligare iuramento z alijs obligationibus: occasione quaz obligationū res bens epis gallie absoluit eos ab omni vinculo iuramenti z obligationis: z dicit q p ter hmōi iuramentū vel obligatiões nullam infamiam vel calūniam aut suoz bonoꝝ amissionem illos habere permitte

ret. sed precepit prefato archiepo z defensoribus treuereñ. eccie vt spūali z materiali gladio tamdiu malignos illos psequant: donec ablata reddent

§. Si fidelitatis Supra i duob⁹ primis. c. absoluit papa ab obligationibus z iuramentis coactis. Nunc vero vult ostēdere gr̄anus q idē possit facere de iuramēto fidelitatis: cum aliquos a suis dignitatibus deponit

Alius Celasius papa scribens ꝓtra anastasium imperatorem dicit q potest eum deponere propter malicia suam. Et hoc probat exemplo zacharie pape qui regem francoz depositit non tm̄ propter sua delicta quātum pro eo q inutilis erat: z loco eius pipinum patrez karoli posuit z omnes francigenas a fidelitate ei⁹ absoluit milites a vinculo iuramenti in depositionibus epoꝝ. Alij habent verba ista vltima pro. §. gratiani qui sic incipit. qō ex frequenti

Nos sanctoz Quidam sacramento fidelitatis quibusdam excōicatis erāt astricti. querebatur vtrum tempore excōmunicationis deberent eis seruire. Et rñdet q non nisi satisfaciant prius z absoluant ab excōmunicatione. aut sacramento. id est sacramento fidelitatis. z etiaz sine sacrāmento faciunt quidā fidelitatez alijs. z ideo hic diuersificare potes.

Juratos milites Hugo co comes excōmunicatus erat propter quod scribit vrbanus secundus cuidam epo vt p hibeat ne milites ratione fidelitatis seruāt ipsi comiti q̄diu fuerit excōmunicatus. qz magis oportz deo seruire q̄ comiti ecclesie aduersanti.

Questio .VII.

Alqz synodali. Dic intitulat septima questio vbi queritur an epus sacerdotem condemnare valeat absq; synodali audientia. Et respōdetur q solus epus pbīm suspendere potest

vt infra ea. xiij. q. bi qui. ⁊ in causa ciuili inter suos clericos cognoscere. vt s. x. q. iij. qz Deponere vero non potest pbr̃ nisi cum sex epis. diaconem cum tribus. reliquos vero clericos solus deponere pt. vt infra. c. q. felix ⁊ ca. si aũt. epm vero solus papa deponere pt. s. iij. q. vi. dudum. de hoc nota in summa huius qõnis.

Berta actione Flagitan? cozdulen? eccie pbr̃ iniuste a suo epo depositus: in exilium est cõdemnatus. Tandem ab eodem epo vel synodo fuit restitutus: ꝓter quam presumptõem remouendam statuit hyspalen. ocilium vt absq; synodali presentia nullus epus pbr̃m deponat vel dyaconũ. ⁊ hoc pbat ad instar liberto ꝙ qui licz fiant ingrati: non tamen autozitate domino ꝙ: sed tribunali fozo apud iudicem accusati ⁊ ouicti in seruitutẽ reuocant. Casum sequentis c. inuenies. lxxxvi. di. si quid ẏo

Si quis tumidus. Dicit in hoc. c. q in causa criminali vbi agitur ad depositõnem debent tres epi interesse. in causa pbr̃i sex. in causa vero epi. xij. episcopi interesse qui causam debent diligẽter examinare

Felix In hoc. c. dz q causa criminalis epi a. xij. epis audiri debet causa pbr̃i a sex. causa vero dyaconi a trib? cum ꝓprio epo

Si autem Dicitur in ℞ ca. q si pbr̃ accusat. vi. epi dñt interesse. si dyacon? tres. cetero ꝙ vero clerico ꝙ. cãs solus epus põt tractare.

Solus Dictũ est q solus epus põt tractare cãs criminales clerico ꝙ. sed ne aliquis putaz q alij clerici nõ deberent interesse. ideo dicit gra. q hec dictio solus non excludit clericos sed alios epos Sequens. c. planũ est.

Episcopus Dicit in hoc ca. q epus solus dare honorem potest quem solus auferre non põt. Si enim liber? in seruitutem reuocari nõ potest nisi apud iudices legitime fuerit cõuictus: quanto magis diuinis altarib? ꝑse

cratus ab vno solo non poterit dãnari

Questio VIII

De vltima Dic intrim? latur octaua questio vbi querit. si aliquis sponte ꝓfitetur vel ꝙincit peccasse ante ordinationem vtrum possit officio suo frui. Et ri dez q si in penitentia ꝓficeat non abstinear. vt. l. dist. de his vero in fine. si ecclia ius non ꝓiudicat sibi: vt s. q. v. pbr̃. Si vero in ire ꝓficatur ⁊ timore, pbationũ deponitur. siue ante ordinatõnem siue post ꝙniserit. lud. vt. xxxiij. dist. ca. vltimo. si sponte ꝓficatur remouet ab executione sacerdotij. in aliis tamen ordinibus dispensatiue remanebit. vt infra ea. c. i. Si vero ꝓfitetur crimẽ quod fecit post ordinatõnem acta penitentia dispensatiue in suo ordine permanebit. vt infra ca. ij. ⁊ in vtro q; ꝙ casuum de rigore iuris esset deponendus. ⁊ hoc verũ est in magnis criminibus que inducunt depositionem. Sed ꝓ quo crimine acta penitentia stat in ordine suo. vt. v. q. iij. in loco. ⁊ de ꝓse. di. ij. relatum. ⁊ de hoc inuenies in summa huius qõnis planius.

Qui admiserit Quidaz dicio sponte ꝓfessus est fornicatõem fecisse pbr̃ in ante suam ordinatõnem. quesitum est in cõcilio Ncocesarien. quam penam debeat pati. Et respondet si pbr̃ est ꝓfessus execution ne sacerdotali carebit: sed in aliis officijs manebit si est vtilis. Si vero non est cõfessus vel ꝙictus: suo arbitrio relinquat. Cetera vero peccata grauiora. scz vt diximus plurimi inducunt depositõem. Ued cetera peccata. i. cetera peccatoꝛes qui ꝙiuncuntur nolentes ꝓfiteri debent deponi. Idem statuit de dyacono quod de sacerdote statuit est. Casum sequentis ca. inuenies. i. dist. hi qui.

Cum multe Constitutiones rant vt clerici in sacris ordinibus multe facte fuerant vt viuerent ꝓtinenter. quod cum non facerent statutum fuit in ꝯcilio Tolerano vt quicũq; deinceps ab epo vsq; ad subdyaconez ex testando connubio libere vel alialle libe

ros procreauerit canonica censura damne
tur. filij vero ei⁹ in seruitutē eccīe ad cui⁹ ig
nominiā nati sunt redigunt.

Si quis presbiter.

Dicitur hoc.c.q si quis pb̄r ꝓfessus fuerit
sponte ante ordinationē feciſſe fornicatio⁊
nem non habebit executionē sacerdotij q⁊
non celebrabit: sed tm̄ nomē sacerdotis ha
bebit. Si aūt non fuerit sponte ꝓfessus sed
ab alio cōuict⁹ tunc nec nomen sacerdotis
habebit. Idem est de diacono qđ dictū est
de sacerdote

Scisciṫātib⁹ vobis

Bulgari qui fuerūt a nicolao vr⁊ a sacer⁊
dote in adulterio deprehēso vel tm̄ de hoc
infamato debent cōtonez recipe. Et rn̄det
q sic: quouscq; ep̄os iudicio reprobet. quia
non pr̄alicꝰ q̄ntuncūq; pollut⁹ diuina pol
luere sacra. Et q recipe debeam⁹ trib⁹ rōni
b⁹ pbat. Prima est: q⁊ sicut cere⁹ accensus
seip̄m ꝓsumit: alijs vero lumē p̄bet. sic pb̄r
peccādo nocet sibi: alijs vero ex officio pro
dest. Secūda est q⁊ sacra nō hn̄t effectū ex m
merita dantis: sed accipientis. Tertia est
q⁊ ante examinationē ⁊ criminis probati⁊
onē null⁹ est accusatiōe suspendend⁹. Pri⁊
ma rō ibi Lqm̄ mali] Secūda ibi Lsumite]
Tertia ibi Lq⁊ rursus]

Causa XVI.

Vidā abbas

Magister hacten⁹ de statu
eccl⁊ egit ⁊ secularium cleri
co⁊. Sed q⁊ religione mo⁊
nacho⁊ multū decorāt statū eccl⁊. ideo i
sequentib⁹ causis tractat de statu mona
chor⁊ ⁊ monacho⁊. In hac ergo prima
causa agit de officio monacho⁊ ostendēs
an valeant officia celebrare: ⁊ co⁊ capelle
debeant q eos instrui. Annectit etiā gene
raliter de descriptione taz eccl⁊ q̄ mona
ster⁊ ⁊ q nullus autoritate sua rez quā
ad se credit ptinere valeat vsurpare. Addit
etiā q laici nullam habent in eccl̄is pote
statem. Et vt hoc ⁊ alia multa melius faci
at premittit thema de quo sex elicit qōes.

Casus thematis planus est

Questio .I.

Quod monachi

Dic intitulat⁹ prima qō queritur vtrū⁊ lice
at monachis officia celebrare populis. Et
respondetur q in mōasterijs suis possunt
celebrare. vt infra. xviij. q. ij. ⁊ in capellis mo
nasterij pleno iure possessis. vt infra. e. q. ij.
visis. similiter si ꝓmittitur eis regimen pa
rochiarum eccl̄arum. vt infra. e. in parochia
de licētia tamen abbatis. vt supra. lviij. di.
c. i. ⁊ ij. olim tamē non eligebantur in secu⁊
laribus negotijs nisi propter necessitatem.
vt. lv. di. prisc⁹. Sed hodie vtilitate tamē
inspecta eliguntur. vt infra. e. cum pro vtili
tate. ⁊ si eliguntur soli morari non debent.
vt in concilio lateranen̄. de statu monacho
rum. monachi. et credo q iure ꝓmuni pos⁊
sunt eligi: si socios secum habeāt mōachos
Et procedit hoc ordine gratian⁹. Primo
probat q monachis non licet populo offi
cia celebrare vsq; ad. §. his ita. Postea alle⁊
gat pro contraria parte respondendo alle⁊
gatis.

Placuit omnibus.

Tria in hoc ca. statuūtur. Primum est vt
monachus debet esse singularis Secūdū
vt penitentiaz nulli tribuat nisi fratri Ter
tium vt mortuum non sepeliat nisi mona⁊
chum in monasterio suo secum morantem
vel si aliquem aduenientem xp̄ianum ibidē
mori ꝓtigerit.

Nemo potest eccle=

siasticis] Dicitur in hoc.ca. q nemo potest
eccl̄iasticis obsequijs deseruire ⁊ districtio
nem monasticam seruare. quia districtiōez
monasterij tenere non potest qui in eccl̄i⁊
astico ministerio quotidie cogitur perma⁊
nere Et licet gr̄a. hoc.c. inducat ad suū pro
positū: nō tamen intelligitur ō monachis:
sed de clericis secularibus: qui volebant p̄
esse monasterijs: sed nec habitum recipere:
nec priores eccl̄ias volebant relinquere.
vt dicit. c. cuius pars est istud. xviij. q. ij. p⁊
uenit. in fcō q uenit

De monachis Statuit innocentius in hoc.c. vt q̃uis monachi ad seculares ecclesias eligant: a monachali tamen ꝓposito non decedant

§. Si ergo Concludit gratianus ex supradictis duobus.c.pr. q̃ monachi prochialibus ecclesijs prefici non pñt qđ ipse allegando ỏt Sequens.c. ptz

Si cupis Bene. sic ponit hunc casum. Nero.de.uij. rep̃hendit paulinũ. Primo q̃ libenter morabat in vrbibus. Secđo: q̃ ꝓter simplicitatẽ suam alioꝝ supplantabat insidijs Tercio q̃ loquentem de pecunia libenter audiebat. Quarto q̃ turbatorũ9 malis monasterij bona donabat

Alia Eliodorus epc̃s quesiuit a Nicnro. quis sit maior: clericalis ordo an monachalis. Et rñdet q̃ clericalis. & pbat quatuor rationibus. Prima est. quia monachi a clericis sacramenta suscipiunt. Secunda est q̃ monachi mortui sunt mũdo. clerici vero de altari viuunt. Tercia est q̃ monacho ante pb̃m sedere non licet: nisi munus deferat ad altare. Quarta est. q̃ monachi a clericis excommunicant. Ubi autem rationes incipiant facile est videre. & potes tunire casum ibi vbi dixi. & hoc probat quatuor rationibus: & non procedens amplius

Ecclesia Rusticus monachus erat: nolebat tamen accẽscere ꝓsilio pb̃rorum. de hoc hiero. cum reprehendit. q̃ ecclesia habet senatum certum pb̃rorum: sicut monachi olim habebant senatum: sine quibus monachis nihil agere licet. vnde dicit eum puniendum. & hoc probat exemplo Roboam filij salomonis: qui perdidit regnum quia noluit audire presbiteros suos.

Placuit Hoc.ca. diuidit in tres partes. In prima ỏt eugenius vt monachus ꝓpter lucrum temporale claustrum non egrediat. In secunda parte ponit illa a quibus monachi se debẽt abstinere. & q̃ claustro suo debet esse ꝓtentus. quia sicut piscis vita caret si ab aq̃ remoueat: ita monachus si a monasterio recedat sedeatq̃ ita solitarius. In tercia parte dicitur q̃ monachus suũ nomen agnoscere debet. & ponit interpretatio huius nominis monachus. Secđa ps incipit ibi Lneq̃ pñas. Tercia ibi Lagnoscat.

Peruenit Bonachi in ẽpatura & alia officia clericoq̃ superbe sibi vendicabant: sine ꝓpij episcopi vel apostolice sedis autoritate. Unde paschalis papa precipit victori Bonoñ. epo vt sicut hoc prohibitum est Calcedonen. concilio. ita prohibeat suis monachis vt de cetero talia nõ presumant

Interdicimus Hic. viij. interdicit tur monachis a papa caluto in quib9 trãsgrediebant ante. phibitõem istam

Iurta Bonachi quidam per castella & ciuitates pagrabãt officium predicandi sue predicatõis vltra claustrum non egrediantur: sicut statuit Calcedoñ. & vt apl̃o ꝓ predicatõ ne penitus cessent: nisi intra claustrum alius quis eos ꝓsuleret de salute aiesue vt eorum habitum sumat

Qui vere Hoc cap̃. diuidit in quatuor partes. In prima ỏt q̃ illi qui solitariam vitam eligũt scz heremite digni sunt cõuenienti honore. In secũda parte ỏt q̃ monachi subiecti debent esse epo loci. & in suis monasterijs permanere: neq̃ ecclasticas vel seculares actiones audeant tractare nisi ꝓpter necessitates a ciuitatis epo iubeant. In tercia pte iubẽt ne seruum aliquem recipiant sine dñi voluntate: & qui ꝓtrafecerit excommunicetur. In quarta parte ỏt q̃ epus ciuitatis monasterij curam & solicitudinem exhibeat ꝓ eorum tem. Secunda pars incipit ibi L Eos ꝓ. Tercia ibi Lt neminem. Quarta ibi L Et conuenit.

§. His ita Dictum est supra in. i. ca. huius questionis q̃ monachus mortuũ sepelire nõ ỏt. Nunc

vero dicit gra. q illud .c. intelligitur de monachis qui more secularium ꝓfluebant p capellas ad sepulturas mortuoꝝ celebrandas sed in monasterio nō prohibent mortuos sepelire qui ibi elegerūt sepulturam. ꝛ ad hoc inducit sequentia .c.

Agapit⁹ abbas Johañ. epūs probibebat agapitum suo populo missas celebrare ꝛ mortuos sepelire. sup quo cum gregorio ꝙquereretur: precepit gregorio. prefato iohanni ne hoc de cetero ꝓhiberet. Que aūt sequūtur plana sunt vsqꝫ ad .c. quidam monachi.

Quidam monachi Monachi quidam sine licentia epōrum suorum vel abbatum interdum etiam excōmunicati ciuitatem constantinopolitanam intrabant: errores ibi ꝛ discordias seminā tes: quare statuit ꝙciliuꝫ calcedoneñ. vt si monachi illi ꝙmoniti ad sua loca redeant ꝛ iniuncti p defensorem ciuitatis expellant. Liniunctū. id est preceptū

Probinum Paulin⁹ solitarius supplicauit pape vt in insulam reatinam quosdam monachos relegaret ecciam offendētes scz. probinum sabbarie iulianū atqꝫ probianuꝫ et alios quosdam falsos monachos. Precepit ergo pelagius iohanni defensori vt eos detineat ꝛ ad curiā mittat: si de sua ꝓtentione aliquā volūt allegare rōnez: alioquin in reatinam insulam cos faciat exulare

Adiecimus etiam. Monachi quidam non existentes in ordine sacerdotij improbe assumebant officiuꝫ predicandi. hoc fuit significatum leoni pape: quare statuit: vt nullus monachus vel laicus preter sacerdotem vel eorum licentiam audeat predicare vt de sua scientia gloriet̄ r religionis. id est parochialia. litteras habet religionis. ꝛ ꝑm hoc dicas q̄ abbati loquitur vel epō vel monacho.

§. Ecce i hoc capitu lo dicit gratianus q̄ causa est expressa supra in vltimo .c. quare monachi predicare non debeant: scz improbitas eorum. quod aūt dictum est supra in .c. placuit q̄ monachi penitentias dare ꝛ similia facere nō possunt. hoc ideo statutum fuit quia nullus parochianum alterius soluere potest vel ligare. ꝛ licet monachi in temporе sue ordinationis sumant potestatem predicandi ꝛ alia officia faciēdi sicut ceteri sacerdotes. tamē executionem illius potestatis non habent nisi a populo eligantur ꝛ cum consensu abbatis ab epō loci ad hoc fuerint instituti. si militer negotia eccīastica ꝛ secularia tractare non possunt vt patroni causarum vel cognitores. nisi ab epō loci ꝓmoneant. qd̄ ꝓbat sequens .c.

De presentiuꝫ Antonina patrie supplicauit pape pelagio vt ꝓcederet sibi quedam monachum quem in suis negotijs defensorem habere volebat. pelagi⁹ vero cum sibi non ꝓcessit. quia monachi secularibus negotijs occupari non debent nec de proposito monachali ad officium illud descendere. qd̄ probat multipliciter.

§. Gelasius tamen. Supra .c. proximo dictum est q̄ papa noluit cōcedere q̄ monachus fieret defensor. Sed contrarium videtur supra. lxxvij. di. monachus nouitius. sed quia vile fuit contrariuꝫ: non curauit gratianus soluere. nā ibi sumitur defensor id est exorcista: vel defensor id est hostiarius qui defendit inimicos ab ingressu ecclesie. Postea transfert se ad probandum q̄ monachi officia clericorum possunt exercere. quod probat per sequentia .c. vsqꝫ ad .§. his omnib⁹. que omnia loquuntur de monachis quibus aīa ꝙ cura ꝓmittit

Doctos ac probos. Ambrosius fuit interrogat⁹ an monachi possunt predicare ꝛ cetera clericorum officia exercere ꝛ vti beneficijs scilicet decimis et oblationibus. Et respondet q̄ sic cum ipsi conficiant corpus christi sicut ceteri sacerdotes

Si monachus Quidam nō plene dabant annonā ⁊ decimas monachis quibus animaꝝ cura ꝯmittebaꝫ. quare innocētius precipit vt omnia eis sine diminutōne ꝓferantur: vt in tpe necessitatis monachi illi possint ecclesiā restaurare

Moderamine Monachi qui sacerdotes erant in istis quatuor erant deteriores ꝯz ceteri sacerdotes. scz in decimis. primitijs. oblationib⁹ ⁊ donationibus viuorū ⁊ mortuoꝝ. ideo precipit grego. vt monachi in omnibus istis non minus sibi vendicent ꝯz ceteri sacerdotes ad suam ꝓmorum qꝫ vtilitatem

Ex autoritate Quidaz dicebāt qꝫ monachi qui sacerdotes erant non poterāt exercere officia sicut ceteri sacerdotes. Uñ grego. supꝫ hoc ꝓsultus dicit qꝫ cuz ipsi teneant figuram apl'oꝝ ita licet eis exercere officiū vel officia diuina sicut apl'is licuit ⁊ sicut ceteris sacerdotibus licet

Sunt nōnulli Bonifaci⁹ i hoc. c. redarguit quosdam zelo amaritudinis inflāmatos qui nitebātur monachos pbros ab executione sacerdotalis officij remouere. ⁊ qꝫ hoc facere non debeant ꝓbat exemplo beati Benedicti ⁊ alioꝝ patruz qui hoc monachis non interdixerūt. Precipit ergo vt ab hmōi ausibus in posteꝝ reprimant. nā qnto quis melior est: tanto in illis officijs erit aptior ⁊ habilior

Ex his omnibus Concludit gratianus ex supradictz qꝫ monachi sacerdotalia officia pūt administrare si ad hoc eligunt a populo de ꝓsensu abbatis ēpo eos instituente. qō ꝓbat per sequētia ca. ⁊ primuz ca. per te videre potes quia planum est.

Si clericatus Rustic⁹ rogauit hieronimū vt scriberet sibi qualiter aliquis debeat ascendere ad militiā clericalem. ⁊ vtrū sit melius esse in heremo ꝯz in monasterio cuz fratribus. Scribit ergo hiero. sibi dicens siue docens qꝫ si dignitatem ecclasticam desiderat: multa ipse prius discat: vnde possit alios edocere: ⁊ hoc in prima pte. In secunda parte dicit qꝫ non spectat ad suam paruitatem vel prelatōem reprehendere ceteros monachos. i. clericos. habent enim illi ordinem suum quem qualiter debeant seruare liber ad nepotianū factus plene docebit. In tercia parte dicit qꝫ tutius est esse in monasterio cum fratrib⁹ ꝯz solus in heremo. In tercia ibi cunda ps incipit ibi L Non est L Tercia ibi L Nunc monachi L

Si quis monach⁹. Querebaꝫ a gelasio qualiter aliquis monachus debeat prefici eccie seculari. Errespō det qꝫ si dignus videaꝫ sacerdotio debet eligi ab eo ad quem electio spectat ⁊ dominū ⁊ presentāre abbate debet ordinari ab ēpo. ⁊ instrui. Bene. vero sic ponit casum Quidā positū est a pelagio vtz monachus curam populi possit exercere. ⁊ rñdet qꝫ sic si a pl'o eligaꝫ: ab ēpo inuestiaꝫ: abbate nihilominus offerente ipsum

Monachos Quesitū fuit a sricio papa: vtrū monachi bonevite possint clerico ꝯ officijs aggregari. ⁊ rñdet qꝫ sic. ita vt intra annos xxx. a minoribus incipientes ordinibus interpe a canonibus prefixo gradatim ascendant. nec saltu ad eōrum ꝓmoueantur: nisi legitima temꝑis interstitia fuerint custodita L Tempe. la canonibus prefixo. quare dicta L Tempe. la canonibus prefixo. quare ꝓm tempus determinatū a iure L oigniatur bus L. i. ordinibus alijs

Nos autem Quidam erāt nonici regulares: qui qñ eligebant ad dignitates respuebant oīno. qō dicit aug⁹ mō esse faciendū. sed unde dignitates appetere non debent: nec eas respuere cum necē est. sed miti corde obtpare. qñ si ociū necessitatibus eccie semp ꝓponeret nullus inueniretur ꝓ quem renasceret ecclesia

In parochia Casuz istū sic ponē. Theodori⁹ ꝓsiliarius pape petijt a papa vtrū

monachuz in pbr̃m ordinari in basilica scī laurētij quā quōdam in sua possessione fun dauerat: z in parochia boni epi sauinati. vnde papa precipit bono epo: vt in proxi mo sabbato faciat eū diaconū: z in media ebdomada papa eū in pbr̃m ordinabit vt in prefata basilica sacra mysteria i paschali festiuitate valeat adimpleri.

Si quos Quidā clerici facti sūt monachi q̄situ ē a gre go. vtr̄ de monachali ꝓposito possint eligi ad eccl̄am secularem. z rñdet q̄ sic. si epus cui añ militauerat eos dignos iudicauerit

Monachi Statutū fuit in cō cilio agateñ. vt mōa chi exeuntes de monasterijs cā vagādi: nec in ciuitate nec extra ad clericat⁹ officiū ordinent: nisi abbas dederit eis testimoniuz Sed si expedierit cū ꝯsensu z volūtate abbatis ab ipso fiat.

Cum pro vtilitate .

Duo epi ꝯtra iusticiam faciebant. naz sine ꝯsensu abbatum monachos ordinabant z a monasterijs tertiā vel quartā decimaruz z cathedraticum exigebant. z ideo reprehē dunt in ꝯcilio hilerden. z prohibet ꝯcilium ne de cetero talia fiant.

Monachi Duo prohibentur i hoc.c. Primū est ne monachi sine abbatis imperio eccl̄asticuz assumāt officiū. Secūm est vt non sint ad vocati vel iudices vel procuratores: nisi p vtilitate monasterij z abbate impante

Legi Donatus z frater eius mona chi erant in parochia augusti ni qui ꝯtra voluntatem eius egressi de mo nasterio reuersi sunt in regionem suam vbi presidebat aurelianus ep̄s a quo petierūt ad clericale officiū promoueri asserentes se de volūtate augustini venisse vt potius es sent vtiles alienis q̄ suis. sed aurelian⁹ de hoc dubitās ꝯsuluit augustinū si de volun tate eius recesserunt. z an velit vt promoue antur ad ordinem vel prelationem clerica lem. Hunc augustinus rescribit ei dicens. q̄ eo renuente recesserunt: z dicit q̄ ꝓmo ueri non debent. Et hoc probatur quatu or rationibus. Prima est propter malum exemplum: quia si isti fugitiui ordinarent: putabunt alij facilius se promoueri si eodē modo fugiant. Secunda est: quia iniuria fit ordini clericorum si tales eligantur: cum de monasterijs non solebant eligi vel assu mi ad clerum nisi meliores z probatiores. Tertia ratio est: quia laici nos deridebūt dicentes q̄ malus monachus bon⁹ clericꝰ est. Quarta est q̄ bon⁹ monachus vix bo nū clericū facit. vbi añ rōnes incipiūt facul tē te videbis.

§. His omnib⁹ Conclu dit gr̃a. ex supradictis. c. dicens q̄ si monachi a popu lo eligantur ab epis cuz consensu abbatis ponsunt ad miliciam eccl̄asticam ordinari Sed q̄ grego. videtur dicere ꝯrariuz. vt supra. c. q. nemo. ideo dicit illud. c. intelligi de illis qui ordinati in numero epoꝝ vel cardinalium insimul eccl̄asticam militiam z monasterioꝝ dispensationez sibi reserua re contendant. qō fieri non debz vt pbat p duo sequentia. c.

Ne pro cuiuslibet .

In archiepatu rauenne cum monachi vel abbates ad ecclesiasticum officium promo uerentur in monasterijs potestatem sibi re seruare volebant. precipit ergo grego. ma riano archiepiscopo rauēnati ne hoc de ce tero fieri patiat

De his vero Quidā significauit pape nicolao q̄dam milites post pñiam ad militiam redierunt. alij vero propter magnitudinem delictoruz de mia diffidentes desperauerūt. alij etiā ꝓpter hoc ad paganos ꝓfugerunt qui mō nolunt ad pñiam reuerti. q̄re quesiuit quantam pñiam debeat eis iniungere Et rñdet nicol⁹ q̄ peccata non sunt equalia neq; equalitas religionuz nec gemitus penitentiū vel cōfessiones. et ideo tuipse presens quantaz pñiam iniūgere debeas melius inspicere poteris Et loquit ꝫ ca. de pñia solemni post q̄z miles penitens ad militiā reuerti non potest. vt. xxxiij. q. ij. Sequentia. c. vsq; ad. §. quo affectu plana sunt In quib⁹ dicit q̄ pro qualitate delicti et deuotione penitentis est pñia imponenda. In illo tñ. c. sacerdos. aliq̄d pl⁹ dicit. et hos casus p te formabis. nec est necesse vt memoriā occupent

¶. **Quo affectu** Dictū est sup̄ q̄ pro arbitrio sacerdotis pñia est iniungenda. Hūc vero docet gratianus quo affectu penitentes suscipere debeamus z impenitentes abijcere

Penitentem Probat in ꝫ c. q̄ penitens debet recipi affectuose ab eccia. Q̄ ꝓbat autoritate dñi dicentis ꝓgratulamini z̄c.

Affectum In hoc. c. docet. viij synodus q̄ tātū affectū debent in se recipe penitentes q̄ntū habuit dauid z prelati z alij x̄piani. z tantuz debent habere affectū in recipiendo vel reiiciendo peccatores q̄ntum ostendit aplūs habuisse aduersus catholicos in abijciendo vel recipiendo chorinthium fornicatorem qui sua nouerca publice abutebat Lsz executionem Jsu ꝓpie non solū solicitudinē. sed etiā excusatōem z indignatōem. z ita ī alijs Lemulatōem Jvirtutū Lsed in ipsis Jfactis vel actib⁹ in quib⁹ deliquit

Erga eum Dicitur in hoc. ca. q̄ impenitentē debemus abijcere z nō excōicare. Et hoc ꝓbatur duab⁹ autoritatib⁹ x̄pi z pauli

Alligant Quidam erant sacerdotes qui nimis grauē penitentiam imponebant delinquentib⁹ quā ad instar grauis ponderis vel fascis abijcere oportebat. sicut adolescens portans pōdus graue reiecit illud ne sub numo ponderi ostringatur. Sed tales sacerdotes iohānes chrysosto⁹. reprehendit dicens. melī ē imponere minorem pñiam q̄z maiorez. qz vbi paterfamilias id est deus benignus est ad miserandum: sacerdos eius vicari⁹ austerus esse non debz

Non licet Ab isto loco vsq; ad finē cause repetit gratian⁹ quedam. c. que supi⁹ prętermiserat super diuinatiōibus z superstitionib⁹ q̄busdaz in quib⁹ oib⁹ christiani reprehendunt

qui ad instar pagano⁹ dies obseruãt ⁊ annos ⁊ alias multas superstitiones. ⁊ ideo per vos legatis que in scolis legi non ꝓsueuerũt. Si aũt aliquis ex sua diligentia casus voluerit formare facile poterit. qz tales si clerici sunt deponãt: ⁊ layci anathematizent. Nullo. c. non obseruetis In. ca. sequenti repetit que dicta fuerant. s̃. ea. q. v. non licet. ⁊ ca. sortes. ⁊ etiam addit quedam alia que facile per te videbis Lpiraciolas]. i. breues in cartula Lin grandinarijs Jque grãdo possit moueri p magicas artes

Causa XXVII

Viduaꝫ votũ

Gratianus primo tractauit de officijs clericoꝝ. Hcõo de causis ⁊ negocijs eorum. Tercio transfert se ad sacramenta. Hꝫ qz matrimoniũ ceteris sacramentis est antiquius ⁊ vsu cõmunius: ideo de illo premittit. Unde videndũ quid sit mr̃imonium. vnde dicaẽ. quibus verbis instituaẽ. ⁊ que sint impedimenta. que vt hec melius tibi pateant: videbis in summa huius cause. ⁊ tractat hic de illo impedimento qđ est votũ. Annectit etiã de interdicto eccie ⁊ de quibusdaꝫ alijs que vt oĩa plenius pateant p̃mittit themata duas inde eliciens qõnes

Questio .I.

Quod autẽ

Dicit ista. i. q̃stio: qua querit an teneat mr̃imonium a vouente ꝓtractuꝫ. ⁊ q̃ non teneat probat vsqꝫ ad §. his autoritatibus. postea probat ꝓtrarium vsqꝫ ad vltimũ. §. quam ꝓtrarietatem bene soluit. s̃. xxvij. dist. §. vlti. ⁊ intelige prima. c. de voto solemni. alia de simplici. Alij dicunt q̃ prima. c. intelligunt de voto de p̃nti. alia de futuro

Sicut bonum

Doc. c. diuidit in. iij ptes. In prima ꝺr q̃ votũ castitatis est magnũ. ⁊ ideo magna debet obseruantia custodiri. In secunda pte pena imponitur transgressoribus. qz ⁊ damnatõem habebunt. ⁊ a coĩone alioꝝ sepabunt. nã si vxor que frãgit fidem marito est puniẽda: multo magis que non seruat fidẽ xp̃o. In tercia pte ꝺr q̃ si aliqua deo deuota fuerit p vim oppressa ⁊ delectatõe libidinis postea hĩtare cũ rapore ꝓsenserit: pena supius dicta tenebitur. Hcõa pars incipit ibi. Ut si que. Tercia ibi Lque ⁊ si.]

Viduas

Doc. c. diuidit in tres ptes In prima ꝺr q̃ vidue que viduitatis votũ deseruerũt dãnant ⁊ a coĩone alioꝝ expelli. In scõa pte ꝺr q̃ virgines q̃ virginitatis votũ diminuunt agere pñam de hoc dñt ⁊ a ceru hoĩm separi. nã si ꝓtractus qui fiunt cũ hoĩbus seruãdi sunt: multo fortius ꝓtractus qui inẽ cũ deo ꝺz seruari. In tercia pte ꝺr. si virgines que sic peccant grauiter puniunt multo fortius vidue puniri debent cũ iam sint virorum libidine satiate. Et q̃ puniri debeant, ꝓbat tribus autoritatibus gregꝭ. scz. apli. morsi. ⁊ ꝓphete. ⁊ vna ratõe. Hcõa ps incipit ibi L de ỹginibus L Tercia ibi Lsi ỹgines]. Lỹba sunt verba sunt innocen̄. Lsi ỹgines]. i. retro abierũt. gregꝭ. Lapostataueruṫ]. i. retro abierũt. Sequens. c. pt̃z

Nec aliqua

Doc. ca. diuidit in duas ptes In prima ꝺr q̃ quedam erant sanctimoniales que cum viris iacentes se corrumpi non p mittebant: ⁊ hoc in suam excusationem loquũ legabant. contra quaꝫ excusationem loquitur hic cyprianus eas grauiter rep̃hendẽdo. qz in aspectu talis membri oculus sepelitur. ⁊ preterea si membꝝ illud sit incorruptum: anima rõ potest esse corrupta. vnde deberet linquere videnẽ. Nã si sponsus videns sponsam suam in amplexibus alterius irascatur. multo fortius xp̃s de sua sponsa hoc faciet. irascit ⁊ dedignat In secunda parte dicitur q̃ si tales noluerint penitere: ⁊ inuenantur integre: recipi debẽt in suo statu. quia possunt ea cum supradictis viris familiaritates habere videantur: eijciantur. nec postea recipiantur de facili. ⁊ si aliqua talium fuerit penitencia corrupta: post penitentiaꝫ redire potuerit ad ecclesiam. que si decetero peccauerit ritamodo non recipietur: ne scilicet prebeat ceteris exemplum ruine. Hcũda pars

incipit ibi [Q]si penitentiaz et moloſſon] id est ꝓfessione sua facta [C]Sequens.c.pz

De viduis [D]icitur in hoc.c. [Q]si vidue vel puel le in domibus ꝓpꝛijs habituz religionis assumant solemniter vouendo.si postea nu bunt debēt suspendi a ꝯmunione sacramē toꝛ cum stupꝛatoꝛibus suis donec peniteant.qō si neglexerint vsqꝫ ad satisfactionez sint anathematizati

He vero [D]icitur in hoc.ca.[Q]si virgines post votuz nubant:etsi nondum velate sint:tamen debēt penitere ad tempus. [N]am si homini fides est seruanda:multo foꝛtius deo cui ꝓmisserunt est fides seruanda. [E]t si vidua post votum continentie nubat:damnatur. multo foꝛtius virgo debet damnari:que fidem deo fregit[velate non sunt]velo consecrationis

Que christo [D]icitur in hoc cap.[Q]si virgo post votum nubat:non admittitur ad penitentiam:nisi toto animo virum respuat vt ei velut moꝛtuus reputetur. [N]am si ꝓmissio est hominibus obseruanda:multo foꝛtius deo.et si hoc obseruandum est in illa que viuo viro suo secundo adhesit multo foꝛtius hoc debet obseruari in illa que nupsit sponso immoꝛtali

Impudicas [Q]uidam monachi cum quibusdam monialibus publice contrahebāt: vel cum eis publice in fornicatione moꝛabantur. [E]t ideo statuit concilium Triburiense vt tales in ergastulis detrudantur: vt possint tantum facinus penitentia digna purgari.quibus in fine viaticuz et misericoꝛdia concedetur [C]Sequens.c.patz [L]libere.id est publice

Si qui sanctimonialibus [D]icitur in hoc.c.[Q]qui scienter contrahunt cum monialibus separari debent ab eis et nunqꝫ debent contrahere sed semper debent penitere [C]Sequentia duo.c. plana sunt et casum facile per te formare poteris

Viduas [D]icitur hic [Q]si vidua sponte ad altari veluz conuersionis accipit debenn eo ꝓposito perpetuo remanere.nec debet postea nubere:misi spūsancto mentiat

Si quis sacro [D]icit in .5. c.[Q]si quis cum sacra virgine in luxuriam fuerit preuaricatus ꝯiugium contrahendo cum ea ꝑmgelasium debent tales a ꝯmunione separari.nec recipi debent nisi post penitentiaz.et ꝯcilium calcedonen.idem dicit. [E]t siricius papa statuit tales in ergastulis ad agendā penitentiam detrudēdos:et ideo statuit cōcilium aurelianen.et verbo dñi et autoꝛitate canonica vt tales separent et sacramento astringant ne de cetero sub eodez tecto habitent

Si custos [H]oc.c.diuidit in q tuoꝛ partes [I]n pꝛima parte dicit [Q]q filia iuliani exiuit de monasterio:et post votum alij de facto nupsit: de quo grego. vitalicanum episcopum grauiter reꝛehendit:quia hoc ꝓmisit.et [Q]q in futuro tpe eum sit punitur⁹ ꝯminat. [I]n secūda pte ꝓcipit ei vt cum sergio dñi pape defensoꝛe capiat eam et a viro suo separatā in monasteriū ad agendam pñiam detrudat. [I]n tertia pte mandat ei vt excōicet omnes sibi resistere presumentes. [I]n quarta pcipit ei vt in his tantam adhibeat solicitudinem vt p culpam suam negligentiā minuere valeat. [S]cōa ps ibi [P]resentia igitur] [T]ertia ibi [Q]quia in re] [Q]uarta ibi [I]n his aūt] [I]dem dicit in sequenti.c. cuius casus patet.et aliquantulum tñ minꝰ dicit in hoc.c.qꝫ in illo.c.si custos

Nubendi [D]icitur in hoc.ca.[Q]q ante votum continē tie assumptum licet contrahere.post autez votum nequaqꝫ.fornicari vero nunqꝫ licet. [C]Sequentia quatuoꝛ.c.plana sunt et per te videbis [H]umanitatē. [I]n penitentia [I]nter bigamos [I]quia repelluntur a promotione et testimonio et accusatione clericoꝛum sicut bigami nec femine inter virgines ꝓsecrabuntur:et ita est bigamus si primo deo: et postea nubet homini

Virgines Dicit in hoc ca. q si virgines votum ꝛti nentie frangen ꝛs nupserint: si non penitẽt: nec in fine coꝛcabunt. si vero penitent in fine ꝯmunicabunt

Deuotam Statuit in hoc. c. q si deo deuota fu erit fornicata: nõ recipiat in ecclesia nisi pec care desistat ꝛ peracta pña decem annoꝝ ꝯmunionem recipiat. sed antequã ab ecclesia recipiat ad oꝛõnem ad ꝯsoꝛtium christiane mulieris non accedat: ꝛ si qua mulier eaꝫ re ceperit excommunicet. Fornicatoꝛ autẽ si mili pena cuꝫ fornicata puniat. ꝛ hoc in pri ma pte. In secunda ꝺr q si deo deuota ma ritum accepit non admittatur ad ꝯñam ni si viuente marito caste viuere ceperit. vel ni si ipse iam moꝛtuus fuerit. Scõa pars in cipit ibi Lque aũt.] Ego barthol. hunc ca sum sic posui. Beñ. vero sic. Si mulier pt votum fornicet: tam illa quã suus coꝛruptoꝛ donec peniteant excludant ab ecclesia. et ñ ante satisfactõem quis cum eis ꝯmunicaue rit ipse ꝯmunione altaris priuet. Eoꝝ autẽ pña decennis sit. Si aũt post votum ma ritum accepit: ab illo pctõ non absoluit: nisi aut in vita viri: aut post moꝛtem eius caste viuat. Uterq; casus planus est ꝛ satis cõso nat litere: eligẽ quẽ vis

De filia Dicit hic q si filia epi vl terius post votum nup serit ꝛ pater vel mr̃ hoc approbauerit omes excoicent. Pater etiam in ꝯcilio penas sub eat. mulier vero non admittit ad ꝯmunio nem nisi marito iam defuncto pñam egerit Si aũt eo viuente cepit penitere: qꝛ timet ne ad vomitum redeat: tñ in fine dabitur ei ꝯmunio Ldefuncto.] put litera sonat. vel de functo quantũ ad eam ꝑm gr̃anum. ꝛ ita in tellexit beñ. sequens lr̃a ꝯtradicit

Si qua monacha Statuit in hoc. c. gregoꝝ. vt si monacha ex prava ꝯsuetudine adulteret: in districtum monasteriũ detrudat vt sit ceteris exemplũ Coꝛruptoꝛ suus si clericus est in monaste rium ad agendã pñam detrudat. si ꝯo lay cus est excoicetur ¶ Sequens. c. ptz

Si quis rapuerit Sta runt hic vt si quis rapuerit mulieres deo dedica tam vel sollicitauerit vel coꝛrupit: bona ipsi us ꝛ socioꝝ facinoꝛis loco vbi mulier habi tabat vendicent: ꝛ illi qui hoc fecerint occi dant. mulier aũt querat: ꝛ inuenta cum re bus suis artioꝛi monasterio ad agendã pe nitentiam tradat. Si vero coꝛrupta fuerit dyaconissa legitimos filios habens: legiti ma assignet: cetera a monasterio vendicent Lcum suis rebus.] quo ad vsufructum. Ut Lcum suis rebus.] sc̃z post acquisitis. l. post delictum

Mulieres Statuit hic vt mu lieres que votum ca stitatis assumentes velate fuerint monaste rium ingrediantur. aut si vite suspecte non sunt in domo ꝓpria suscepta habitum ca ste obseruent

Monacho Dicit hic q monacho nihil ꝺr ꝛ si de facto vxoꝛẽ duxerit a clericali officio p petuo remoueat ¶ Sequens. c. ptz

Vidua Dicit hic q si femina viꝺ rit velata: ꝛ inter velatas oꝛauerit ꝛ oblatões obtulerit: cum illis pro fessionem receptam nunq; violare ꝑsumat. Si ꝑfessa est.] supple matime: cum supra dicta sufficiant. vt. xxvij. dist. qõ interrogasti. ꝛ qõ dicit de oblationibus intellige fm cõ suetudinem alicuius loci vbi monache pau nem ꝯsecrandum vel alias oblatões facere doti offerebant. vel forte coꝛpus christi.

Sequens. c. planũ est

Omnes femine Duo. c. dicitur in duas ptes In prima pte ꝺr vt mulie res ad religionem venientes capita sua pal lio suo ꝯtegant: ꝛ suam faciant ꝑfessionem. scriptis: quã decetero violare non ꝑsit. In scõa pte ꝺr q si aliqueꝫ votũ violasse inueni ant excoicent: ꝛ rursus mutato habitu sub ꝓpetua pña in monasteriis remaneant rec gate. Scõa ps incipit ibi Lque vero.] Dicit hic q mo niales ꝓpter vo tum sue sponsionis ꝛ ꝓpter verba sacerdo

efficiũtur templa dei. et ideo violatores eorum sacrilegi iudicant. ¶ Sequens. ca. pz ℓ parentum. Si sunt paruule. vel ℓ suam. Si sunt adulte.

Et quia aliquos Quidam erant monachi qui cũ mulieribus publice ꝓtrahebant. Et ideo grego. mandat defensori suo vt eos requirat ꝛ inuentos ad sua monasteria remittat. quod intelligit si sua monasteria non poterunt de lasciua reprehendi.

Vt ler continentie Statuit innocẽ. papa in hoc. ca. vt si epi vel alij in sacris ordinibus ꝓstituti canonici regulares: monachi: vel professi: vxores de facto duxerint: separent: qui pro tantis excessib⁹ separari ꝺigna pñiam agant. idẽ est de scimonialib⁹ feminis obseruandum.

¶ His autoritatib⁹ Infert gra. ex supradictis q matrimoniuꝫ post votum ꝓtractum non tenet. Modo vult probare ꝓtrarium. Et ad hoc inducit sequentia. c.

Nuptiarum Moderni doctores totũ ℔ intelligũt de voto simplici qđ mrimoniũ non impedit. sicut intellexerũt aug⁹. ꝛ gra. Docuit. c. diuidit in ąq ptes. In prima aug⁹. triplicit ꝓmendat mrimoniũ. Primo qꝛ fuit legis obsequiũ. Secõ qꝛ est infirmitatis remediũ. Tertio qꝛ in quibusdã est solatiũ. In secũda pte ꝓtinentiã ꝓmendat pfectionẽ ꝺz in hoib⁹ reprobari: cũ nõ possint ocs ꝓtinentiã obseruare. si cũ aliq egressa fuerit ad votũ simplex bonũ est vt illud obseruet: vt nulla deꝛ diabolo occasio fornicãdi. In tertia parte ostendit q ą faciũt votum simplex ꝓtrahere nõ debent. qꝛ inde dãnatio, nẽ ab aplo recipiũt. nõ q taliũ nuptie sunt damnande: cũ mrimoniũ cuꝫ eis teneat. sꝫ qꝛ promissionẽ voti simplicis fregerũt: pri, me ꝓtinentie fidem irritã faciendo. non eñ peccauerũt ꝓtrahendo: sed promissionẽ suam frangendo. In ẽrta pte ponit obiectionem quoꝛũdã dicentiũ tale debere mrimoniũ separari. nam si viuo viro mulier alteri nubat adultera est. ergo ꝛ illa q̃ xpi ꝓiugũ eligit si postea hoi nubat ꝺz adultera dici. In ãnta oñdit aug⁹. q taliũ mrimoniũ nõ sepaꝛ q̃uis vꝛor mrimoniũ sepeꝛ si viuo viro alteri nupserit. est eñ dissilatio spũalis mrimoniꝫ ad carnale. qđ dupliciter probat aug⁹. Primo q viuo viro de ei⁹ ꝓsensu pt vꝛor xpo nubere. sed non pt alteri carnaliter copulari. Secõ qꝛ mortuo viro si xpo nupserit nõ diceꝛeꝛ bigama. secus si alteri. Reprobata ergo silitudine illoꝝ dic̃ aug⁹. q mrimoniũ coꝝ ą p⁹ votuꝫ simplex ꝓtrahunt separi nõ debent: q̃uis tales sint peiores adulteris. qꝛ spũaliter peccãt. Secõa ps ibi. Filioꝝ ąpe. Tertia ibi. Li ꝓiugali. Quarta ibi. Proinde. Quinta ibi. ą ℔ dicũt. Godulfus ꝛ quidã alij intelligũt ℔. ca. de voto solemni siue de pñti. vnde dicunt ℔ c. esse abrogatũ: cũ dicat aug⁹. q mrimonium post tale votũ ꝓtractum dissolui nõ debeat. Alij intelligũt hoc. c. de voto simplici vsq ibi. Ex plane. Iterinde de solẽni. Ego aũt dictus. b. cũ gra. ꝛ aug⁹. intelligo totuꝫ hoc. c. de voto simplici: id est de futuro. Intendit eñ aug⁹. in hoc. ca. ostendere q postpm votuꝫ de futuro nõ debeat ꝙs ꝓtrahere. si tñ ꝓtraxerit mrimoniũ non est separãdum. ꝛ inuehit in illos ą dicebant tale matrimoniũ debere separari. Et seruat istũ ordinem. Primo ꝓmendat mrimoniũ. Secũdo virginitatẽ siue ꝓtinentiã: ꝛ illam prefert. Tertio ostendit q post ꝓpositũ de continentia vouenti non ꝺz ꝙs nubere: ꝛ si nupserit peccat moraliter: nõ nubẽdo sed volendo nubere: ꝛ frangendo o vel volendo frãgere ꝓpositũ. et hoc totũ exequit vsq ibi. Inde. Deinde inuehit ꝓtra eos qui dicebãt tale mrimoniũ esse separandũ. et procedit in hunc modũ. Primo ponit errorẽ eoꝝ ꝛ erroꝛis rõnem siue argumentatõem eoꝝ. Secõ rñdit argumentatõi coꝝ eis instando ꝛ ducendo eos ad triplex incõueniens: qđ facile est colligere ex ipsa lra. Tertio supponit opinionem suã scz q post votũ de futuro est mrimoniũ: nec debꝫ separari. peccat tñ qui sic contrahit magis q̃s adulter. et

est iste casus hug.

De viduis Hoc.c.fm.h. posset melius legi de voto solenni cꝫ de simplici. Diuidit ergo hꝫ ca. in tres ptes. In prima dꝛ q vidue velo ꝓsecrationis velari non debent. In secūda pte dꝛ q si vidue post votum simpler nubāt peccant ꝛ pñam agere debent: tñ mrimonium separari non dꝛ: ne talibus fornicatōis laqueū injiciamus: sed hortari eas ad pñam debemus. In tercia pte dꝛ: q ita debemus eas hortari ad pñam: ne nimis eaꝝ ꝓscētiam terreamus. Hcōa ps incipit ibi Lq̄si ꝓpria] Tercia ibi Lcauendū]

¶ Quod autem Iste. ¶. diuidit in tres ptes. In prima pte dicit grānus vt sciam⁹ quoꝝ vouentiū matrimonia dissoluant recurrendū est ad. ¶. ō. xxvij. di. ¶. vlti. In secūda pte determinat. c. illud que ꝓpo. vbi dꝛ q non admittit ad pñam deo deuota que alij nupserit: nisi vir cui se iūxerat defunctus sit. qō sic intelligit grānus: dicēs q tunc vir dꝛ ei defunctus cum ab eius ꝓcupiscentia mentem suā ꝛ corpus ex toto aliena fuerit. ꝛ quacunq; hora hoc fecerit ad pñaz admittet. Nec hoc est ꝓtrarium dño dicenti per ꝓphetam ezechielem. in quacunq; hora cōuersus] In vtroq; casu] capl'i innocentij. vel in vtroq; casu ꝓtra ius innocentij illius ca. ō. ea. deuotam

Questio II

Sequitur Apponitur. ij qō qua querit: an puelle desponsate vni: liceat eo dimisso alteri nubere. huic qōni vt facilius explicet aliam qōnem incidentem subiūgit talem scz: vtrū inter sponsum ꝛ sponsam sit matrimoniū. ꝛ illam primo soluit allegans pro vtraq; pte. qua soluta facile soluitur illa que hic principaliter ꝓponitur. ꝛ soluit eam infra ea. ¶. iuxta. Probat ergo grānus qua ꝛaupkr. q inter sponsum ꝛ sponsam est mrimoniū. Hcō autoritate ysidori dicentis q ꝓsensus facit mrimoniū. Tercio autoritate iohannis chrisostomi. Quarto autoritate nicolai qui dicit solum ꝓsensum sufficere ad matrimoniū

¶ Cum ergo Infert gratia. ex supradictis q inter sponsum ꝛ sponsaz est matrim. q cōsensus inter eos matrim. facit. Postea quesierit quis ꝓsensus mrimonium facit. nā ꝓsensus cohabitationis matrimoniū non facit. sicē frater cum sorore matrim. facerent. qō falsum est. Item nec carnalis copule cōsensus. qz ſm hoc inter mariaz ꝛ ioseph non fuisset matrim. qz ille ꝓposuerat ꝓnere. ꝛ hoc in prima pte. In secunda parte dꝛ q maria nō fuit rea voti virginalis. ꝛ excusat eaz qz ꝓposuerat votum ſginitatis sub tacita dictione: nisi deus aliter reuelaret: votum mā illud ore non expressit. deinde diuina reuelatione in carnalem copulaz ꝓsensit. ꝛ citra salua virginitate votum corde ꝓceptum cū viro penitus expressit ꝛ seruauit expressum. In tercia parte determinat dicēs q ꝓtq; ꝓsensus: simul cohabitandi: ꝛ individuam vite cōsuetudinem facunt matrimoniū. sed hoc vltimū est allegatio. Hcōa pars incipit ibi Lꝓsensus ergo] Tercia ibi Lꝓsensus ergo] Lposteaq;] Lposteaq; Lex corde] scz votū inter istos in thoro positos. ꝛ q ipsi sint ꝓnuges probat q sequentia.

Cum initiatur Probat ꝓ hoc. c. ambo. q si mrimoniali ꝓsensu mulier cū viro iungat: matrim. ē inter eos etsi carnalis cōmixtio nō intervenerit vel defloratio ꝓtingat. Sequens. c. planū est

Coniunx Dicit in hoc. ca. q ma ria habuit votum ꝓlis. votum ꝓiugis ꝛ nō mendax: quā ioseph nō cognouerat nec fuerat cogniturus. qui fuit pater ꝓpi ꝛ maritus matris eius: sed virtute ſnitatis mente ꝛ non carne Lvocat] beata ꝑgo Lnō cognouerat] ioseph

Omne itaq; Dicit hic q in ꝛ ioseph fuit omne bonum nuptiaꝝ. ſ. proles. fides. ꝛ sacramentū. Proles scz ꝓs. fides castitatis. Item sacramentum. q inter eos fuit inseparabilis ꝓiunctio animoꝝ. ꝛ inter eos nullum diuortiū interuenit: solū carnale ꝓmercium defuit inter eos. q: sine peccato eam nō poterat: sine quo ipm decuit nasci ꝛ q

sine peccato erat futurus ¶ Sequens. ca. ps. qđ potest intelligi non solũ de sponsa đ̃ pũti: sed etiã de sponsa de futuro: ⁊ tunc in teruenit publice honestatis iustitia

Qui desponsatam.

Hoc. ca. diuidit in tres ptes In prima pte dicit q̃ nullꝰ ducat in vxorẽ sponsam alteri⁹ nec ꝯsentiat ducenti: alioq̃n excõicetur. In secũda parte dicit q̃ noie sponse intelligit vxor. qđ probat grego. primo ꝑ euangeliũ ꝯsecõ ꝑ deutro. In tertia pte ostendit q̃ nec re in vxorem. Secũda ps incipit ibi Naz dicit grego. Lvxor erat. Iid est carnalis cognita. Tertia ibi Lita non quo Iverba sũt La parentibꝰ fieri. Iid est ꝯiungi ⁊ tradi spõ so Lvxor. Iid est carnaliter agnoscenda.

Additur

Dicit hic q̃ preter tres spẽs mr̃imonij positas infra. xxxvi. q. ij. tria. cuiꝰ pars est hoc. c. ad dit hic q̃rta spes. scz cum q̃s mortua vxore sua vxorem accipit nõ repudiatã vel despõ satam alteri: sed absolutã. Idem dicitur de muliere que si viuente viro contraheret ad ultera esset. vt probat autoritate pauli

Si quis vxorẽ

Hoc. ca. ⁊ sequẽs per se patent ⁊ possunt intelligi de sponsa p̃ senti vel de sponsa de futuro: ⁊ fm hoc erit ibi publice honestatis iustitia ¶ Sequẽs ꝯ. patet. et allegat ã modo gratianus ꝑ pte contraria

Non est dubiũ

Cardinalis lege⁹ hoc. c. de arta. sed. h. ⁊ beñ. intelligũt ꝟ ca. de qualibz mr̃imonialiter ducta. qđ dicit ibi Non ꝓsunt ad mr̃imoniũ Iid ẽ ad actionem tpi ⁊ eccie: que ꝯiunctio facta fuit in vtero virginali ¶ Sequens. c. ps. et exponit illud. c. non dubiũ. Sequit postea q̃ dam palea que sic incipit Lex diuine Iq̃ in scolis non legitur. Et. §. q̃ postea sequit scz Iem aplꝰ planus est.

Item propositus

Adhuc probat gra. inter sponsum ⁊ sponsam non esse mr̃imoniũ. Qđ sic ꝓbat Naz sine ꝯsensu vxoris non potes ingredi religionem. Et hec est ꝓpositio quam probat vsq̃ ad. §. ecce. sed sponsus hoc facere potest. vt in. §. ecce. Et hec est assumptio quã ꝓbat vsq̃ ad. §. cum ergo. ibi concludit inter sponsum ⁊ sponsam non esse matrimoniũ

Sunt qui dicũt

Hoc. c. diuidꝫ tur in duas partes. In prima pte gregoriꝰ reprehendit quosdam qui dicebant matrimonia propter religionem posse dissolui. quia lex humana hoc ꝑmittebat. sed dicit grego. hoc non esse mr̃imonium. quia etsi lex humana concedat: lex tamen diuina ꝟ prohibet. Qđ probat duabus autoritatibus domini Nam cum vir ⁊ vxor sint vna caro non debet alter ad religionem transire ⁊ alter in seculo remanere In secũda parte dicitur q̃ si ex consensu ambo eligant cõtinere ⁊ vitam ducere religiosam causa maioris meriti vel propter emendatiõem ꝓteriti delicti: hoc facere possunt. sicut multi sancti fecerunt. sine ꝯsensu aũt vtriusq̃ hoc fieri non potest. Quod probatur autoritate pauli ad choꝛ. Secunda ps incipit ibi L Si vero L

Multorum

Hu. hunc casum sic ponit ⁊ latius ⁊ melius q̃ beñ. sic dicens. Olim ꝯsuetudo erat in sicilia q̃ ꝯiugati promouebantur in subdiaconatũ non promissa ꝯtinentia ⁊ simul vrebant mr̃imonio cõtracto: ⁊ officio eccliastico. quod postea a pelagio predecessore grego. fuit prohibitũ: sub alteratiõe scz vt alterutro essent ꝯtenti scz ꝯsortio vxoris ⁊ cessarent ab officio subdiaconat⁹: vel retinerent officiũ subdiaconat⁹ ⁊ cessarẽt a cõsortio vxoris. Propter quã ꝯstitutionẽ speciosus subdiacon⁹ de quo hic habet retento vsu ꝯiugis dimisit officiũ subdiaconat⁹ postea eo mortuo relicta eiꝰ nupsit alij quã eps separauit a marito ⁊ retrusit in monasteriũ. scribit ergo grego. illi epõ ⁊ p̃cipit vt si ita veritas se habet eã extrahat de monasterio ⁊ reddat marito. qz et legitime nubere potuit

Agatosa

Maritus agatose mo

nasterium intrauerat: vxor eius eum repete bat sed ei non reddebat. quare cõquesta est grego. scribit ergo grego. adriano notario vt cognoscat de hac causa. & si inuenerit q̃ voluntate illius intrauerit monasteriũ. vel q̃ ipsa monasterium ingredi p̃miserit vel q̃ ipsa fornicata fuerit p̃mittat illum in monasterio remanere: & a petitione vxoris absoluat. si aũt nihil eorũ inuenerit: ipsum etiam tonsuratum ad vxorẽ redire ꝯpellat. quia etsi lex humana p̃mittat matrimonium p̃ter religionem dissolui. lex tamen diuina ꝯ prohibet: nisi causa fornicationis cum post carnalem copulam vnum corp⁹ sint effecti.

Si quis cõiugatus Dicit hic q̃ si aliquis ꝯiugatus voluerit ad monasterium transire: non potest hoc facere sine licentia vxoris. q̃ non recipit apud deum viri ꝯuersio: cuius sequit ꝯiugalis fideris p̃stitutio. vnde si vxor postea nubat: adultera erit. licite ergo fieri potest de vtriusq; ꝯsensu.

Si vir Dicitur in hoc ca. q̃ si vir & vxor causa religionis diuertere voluerint: hoc non debet fieri sine conscientia episcopi. alterutro tamẽ inuito hoc fieri non potest [singulariter]. i. diuisim. q̃ in eodem monasterio esse nõ debent Sequentia duo ca. plana sunt.

Scripsit Casum istum sic pono. Theberga postulauit a nicolao papa vt liceret sibi religionem intrare. quare papa rescribit ei dicens q̃ hoc potest facere: si vir eius lotharius similiter ꝯuertatur. nec tunc facerent ꝯtra autoritatem euangelij. quia tales non separat homo: sed deus: cuius religionis intuitu ex consensu vtriusq; ꝯiugis matrimonia dissoluant. aliter aũt fieri p̃hibetur. H.

§. Ecce Infert gratian⁹ ex suprà dictis q̃ coniugati sine cõsensu alterius ꝯtinentiam profiteri nõ possunt. postea assumit: dicens q̃ sponsi hoc facere possunt. & hoc probat exemplo Anacharij & alexij. Et ad hoc inducit sequentia duo ca. quoz vltimum intelligit Benenecñ. desponsa de presenti. licet. H. intellexerit de sponsa de futuro.

§. Cum ergo Infert gratianus nunc. cuz ꝯiugati non possunt sine consensu alterius vsqz ꝯtinentiaz profiteri. sponsi vero hoc possunt: patet q̃ inter sponsum & sponsam non est matrimonium. & ad ꝯfirmandaz sua ꝯclusionem inducit autoritatem primo aug⁹. secundo leonis. tercio nicolai. quarto grego. & quod dicit nicolaus intelligitur si eam cognouit.

Quod autem Dicit in hoc ca. q̃ si frigidus ducat vxorem de facto. & illa possit probare q̃ hoc verum sit per veram ꝓbationẽ scz per aspectum corpis: vel. vij. manu ꝓbatoz. quoz separari debent

§. Ecce impossibili tas] Iterum cõcludit Gratianus q̃ inter sponsum & sponsam non est matrimonium. Quod tribus rationibus ꝯfirmat. Nam si esset matrimonium inter sponsum et sponsam: ergo per solam causam fornicationis posset eam dimittere. & eius vir secundus a ꝓmotione repelleretur: & discessio ab huius cem diceretur diuorcium. at in sponso & sponsa secus est. & q̃ diuorcium non sit inter sponsum & sponsam: probat autoritate ipsi⁹ ambrosij.

Qui dormierit Dicit in hoc cap. q̃ si quis vxorem a se cognitam habuit: et postmodum scienter cum sorore eius adulteretur: neutram ex ipsis habebit. id est nec vxori debitum reddat. nec post mortem vxoris licet ei nec adultere alicui matrimonialiter copulari. Quidam tamen habent ibi. §. Idem.

§. De sponsa Dicitur est ita. pra q̃ illa quã vir sororis sue cognouit contrahere nõ potest. nunc dicit secus esse in sponsa que post

Quidã desponsauit Quidam desponsauit quandam & eam. ꝓter frigiditatem vel aliud iustũ impedimen

tum cognoscere non potuit quã frater eius postea corrupit ⁊ grauidauit. et ideo statu// tum fuit in ꝯcilio isto vt corruptor eam nõ habeat licet frater eiꝰ eã non potuit habere. mechꝰ tñ ⁊ mecha post pñiam licite ꝓtrahe re possunt

Si quis sponsaz Dec// uit aliquis aliquã ꝑ verba de futuro pz eiꝰ eã postea oppressit: cum qua filiꝰ postea per verba de presenti ꝓtraxit de facto. Dicit h ꝙ taz pz ꝑ illa sint sine spe ꝓiugij: filiꝰ vero aliam accipiat

§. **Si illa quã** Infert gra. ex supdictis dicens si illa quaz vir sororis sue cognouit ꝓtrahere non potest: qui vero sponsam fra// tris sui corrumpit post pñiam ꝓtrahere pt apparet ꝙ hec non fuit ꝓiux fratris eiꝰ Itẽ vxor post fornicatõem potest viro suo reco// lligari vt eo viuo manebit nupta. de spon// sa vero contrarium inuenit. qõ probat per sequentia. ca.

Raptor publica pe nitentia Dicit in hoc. c. ꝙ si aliquis rapu// it sponsam alteri⁹ raptor debet puniri. ⁊ si sponsus eam recipere noluerit ipsa poterit alij nubere si raptori in crimine non ꝓsensit Idem est casus sequentis. c.

§. **Apparet** Concludit gra⁹ ex supradictis illã non fuisse ꝓiugem cui viuente sponso nubẽ di licentia ꝓcedit. Postea dicit ꝙ inter spõ sum ⁊ sponsam est mrimoniũ. initiatũ ⁊ nõ ratum qõ in desponsatione inuenit fit sed in cõ mictione pficit. Qõ probat ꝑ sequẽtia q̃tuor ꝙque ꝑ se patent.

§. **Quare hanc** Hic gra. ponit q̃n dã incidentem qõnem. quare scz sponsa nõ statim tradit sponso. ⁊ eã determinat in se quenti. c. cui⁹ casus pz.

§. **Iurta autem** Iste §. diuidi tur in tres ptes In prima approbat distin ctionem positã. s. c. in. §. apparet ꝺ mrimo nio initiato ⁊ pfecto sm quã vt dicit gra⁹ intelligit autoritas aug⁹. s. c. non dubium ⁊. c. leonis. ⁊. c. cum societas. In scda parte obijcit. qz dicit aug⁹. ꝙ inter mariam ⁊ io// seph fuit pfectum mrimoniũ: ⁊ tñ carnalis copula non interuenit. Sed soluit gra. di cens ꝙ pfectũ nõ intelligit ex officio carnis sed ex bis bonis que officiũ ꝓiugij comitã// tur In tertia pte dat solutõem aliam dicẽs ꝙ sponsa dicit vxor spe futuro ꝛ non re p// sentium. secus in carnaliter cognita. Qõ p bat q̃tuor autoritatibus. scz vna ambrosij. duab⁹ aug⁹. et vna bede. Scda ps incipit ibi Sed obijcit. Tertia ibi Potest ⁊ aliter non effectũ pñium id est non vsu carnis Ad pbandũ aũt hanc vltimã distinctiõem inducit gra. c. sequentia

Genuit ioseph Hoc. c. di uidit i duas partes In prima pte ponunt verba euã geliste. In scda ponũtur verba hiero. dicẽ// tis. cum audieris ꝙ ioseph fuerit vir marie non suspiceris ꝙ eam cognouerit: sed scias ꝙ sm ꝓsuetudinẽ scripture ꝛ sponsus de p// senti ante carnalem copulã vir appellatur ⁊ sponsa vxor. Secunda ps incipit ibi Cum virum

Egressus Hoc. c. diuidit in du as ptes In prima po nũtur verba genes. In scda ponũtur ver// ba hier. pbãtis ꝙ noie generi etiã sponsus fi lie intelligit. qz filie loth nonduz viros cog nouerant ⁊ tñ sponsi ea ꝛ generi appellabã// tur. licet ꝗdam aliter opinent dicentes ꝙ ꝗ viros habuerũt perierunt in sodomis. vir// gines aũt exierunt cũ patre. Scda ps ibi In sequentib⁹ Nunc id est sup loco ge// nesis egressus ⁊c

Prius quam Hoc. c. diui// dit in duas partes In prima pte ponũtur verba euan gelij In scda ostendit tres causas ꝙ maria spon sa iuxta morem antiquũ habitauit cũ spon so suo. sicut et conuerso generi loth apud su// as sponsas habitauerũt In tertia pte ostẽ// dit ꝙ noie sponse ꝓiugis sponsa intelligitur In ũrta dicit ꝙ cũ ioseph vellet mariã ve// lut suspectã dimittere angelus cũ reconcili auit sibi: nõ ad carnale ꝓmertũ sed ad cõis

dabita culi ꝯ sortium. Secunda ps incipit ibi L Non dixit] Tercia ibi L noli timere] Quarta ibi L sicut enim] Sequens. c. ptz L uxoris.] scilicz cognite Lilli] scilicz discipulo Iohanni.

Inuenta est Hoc. c. diuidit in duas partes In pma ponunt verba euangeliste In secunda ꝟba origenis dicentis q̄ maria fuit tm̄ sponsa de pnti. sed ideo fuit appellata uxor ut eius virginitas lateret dyabolo: t pturiens nō ex merito lapidaret. Hecda ps incipit ibi L habeto]. L nubi uxor] carnaliter cognita L ꝯ suetudinē] carnalem scz

Hic quippe Greg⁹. facit hic quandā collatōnem inter ioseph t thomam apl̄m. utrūq; enim p̄misit deus dubitare. alterū de virginitate marie. t alterū de xp̄i resurrectiōe. tm̄ neutrū in dubitatione p̄misit. t utroq; usus est pro teste tam resurrectōnis q̄ virginitatis marie L Ad nuptias] ad carnalem cognitionem.

¶ Ex his Concludit gr̄a. ex p̄missis q̄ nuncupatur sponsa t ꝯiunx non re pnti um: sed spe futuro; t suam ꝯclusionem tribus similitudinibus p̄bat rndendo quibusdam. ca. superi⁹ allegatis ꝓma similitudo incipit ibi L sed a pruna] Hecda ibi L sed talis] Tercia ibi. L sic qui merito] Et dicit. h. q̄ gr̄anus fere per totam hanc cōnem male dicit. t p unū falsum vult p̄bare aliud falsum. Tu autem dicas q̄ matrimoniū est cum sponsa de pnti: sed non ꝯsummatū.

¶ Sed concedatur Nunc reuertit gr̄a. ad principalem cōnem Sequens. c. planū est. t intelligit cuz sequenti de sponsa de pnti

Otto Quidam noie otto ꝯquestus est pape mulierem sibi desponsatam raptā fuisse. quare papa rescribit Restano epo ut appellat raptorē eam sibi restituere: alioquin ꝯuocatis suis suffraganeis excōicet eum t ipsam raptam si ad suū spōsum noluerit remeare Que aūt sequunt plana sunt usq; ad. c. de ꝯiugali L un fine. c.] scz desponsatas L hec autem loc qua agent in themate

De coniugali Aliqua fuit desponsata alij ꝓ verba de pnti: querebat ut uxorem accipe in uxorem. t rndetur q̄ non. t sic ꝯtrahentes debēt anathematizari. nā si quis violat benedictiōem quam nupture sacerdos impōit sacrilegiū facit L nupture] non quo ad matrimoniū: sed quo ad copulam carnalem. vel L nupture] id est carnaliter cognoscende

¶ Sed auctoritate. Soluit gr̄anus t male dicens q̄ si sponsa velata sit t benedicta cū sponso: t in domū ducta debet reddi priori: alioquin nō. hoc aūt facit gratianus rndendo quibusdā. ca. ꝯtra hoc allegatis Illud grego. Iterū q. i. requisisti.

Duobus Casum huius pagine ponit. Dicitur enim hic q̄ si aliquis desponsauerit aliquaz fidem pactionis non dz aliam ducere. si rn̄ ducit maneat cum scda: agat tm̄ p̄nam de fide mentita. si aūt ꝯtraxerit per fidem ꝓsensus erit tm̄ matrimoniū cum pruna. t sic prima pte In scda dr q̄ fides pactionis est q̄ aliquis ꝓmittit alicui mulierī q̄ accipiet eam in uxorē: si permiserit rem secum habere. Fides ꝓsensus est cum inter se ꝓsentium per verba de presenti. Secunda pars incipit ibi L Est autem]

Causa XXVIII

Quidam vir. In superiori causa tractatum est de quibusdā impedimentis matrimonij. t q̄ matrimoniū nō est inter religiosas ꝑsonas i ꝺ sponsa ꝓtrahāt. sed ne idē puteā esse inter infideles ideo mgr̄ ꝓponit hanc. t vult. cām in qua oñt matrim̄ esse inter eos. Si ñ etiā quid uxoris sit si alter infidelū ꝓuertat. t addit utrū debeat dici bigamus qui aū baptisma habuit vnā. t postea alteram. Ut aūt hec ꝓcedentius agat ꝓponit themata de quo tres elicit questiones.

Questio .I.

Quod inter fideles] Dicit intitulat̃ pãma qõ q̃ q̃ri tur an sit mr̃imoniũ inter fideles. Et certũ q̃ sic. vt infra. e. §. i. t. ca. i. Gia. tñ. p vtra q̃ pte allegat. et bñ soluit. infra. e. §. ex his. Ponit etiã q̃dam. c. in hac qõne que ad sequẽ manente infideli possit q̃uersus ad fidez se cũdam priment qõnem. que est an altero re aliq̃ copulare. et de hoc quid iuris sit in secũ da qõne tractat̃. Est ergo casus huj⁹. §. talis. Probat hic gr̃a. supficialiter inter infideles non esse mr̃imoniuz. et hoc facit. iiij. autoritatib⁹. scz vna pauli. duabus aug⁹. t vna ambro.

Historia.

Iussit esdras] Legit in esdra q̃ filij isra el te babilonie captiuitatis t post reuersi onem de illa duxerunt in matrimoniũ alie nigenas p̃tra preceptũ dñi. sed postea ad p̃ ceptum et ad monitionez esdre dimiserunt eas

His autoritatib⁹ Infert gr̃a. ex supradictis autoritatib⁹ ma trimoniũ nõ esse inter infideles. postea pro bat p̃trariũ. et hoc facit trib⁹ autoritatib⁹ euãgelij: t duab⁹ pauli: t vno exemplo sisin nij. Ibi aũt hec incipiũt q̃ te videbis.

Historia

Sicut in passione] Legit in passione beati clementis q̃ theodora vxor sisinnij fidelis fuit ad fidem q̃uersa. cũq̃ monaste rũ ingrederet zelo duct⁹ secut⁹ est eam: sed post oz̃onem clementis idem cecus t surd⁹ fact⁹ est: t cum dixisset seruis suis vt eũ edu cerent: ipsi non poterant ecciam eg redu: pre ab⁹ tandem theodore egressi sunt t. deinde beato clemente pro ipso in domo sua oran te visum t auditũ recepit: q̃ statim vt clemẽ tem vidit eũ iussit ligari: sed cũ serui eũ liga re crederent colũnas t sara trahe bant. t tã dem oz̃onib⁹ t predicatõe beati clementis est q̃uersus ad fidem Lerant q̃n q̃ Iscz pater matersilius filia vxor filij vel maritus filie eis ꝓter fidem.

Nunquid non Hoc. c. diuidit in duas ptes In prima innocẽ. papa reph̃ndit quosdam epos macedonie dicentes mr̃im. non esse inter infideles. Et q̃ mr̃im. sit inter eos probat ex rñsione dñi q̃ a iudeis interrogat⁹ rñdit eis dicens: quos de⁹ cõiunxit hõ nõ separet In scõa pbat ꝓtra opinionẽ macedoñ. q̃ mr̃im. in baptismate nõ delet: qm̃ nec fraternitas nec filiatio imutat̃ p baptismũ. Scõa ps ibi Quero]

Si quis gentilis Dicit q̃ si gẽtilis ante baptismũ vxorẽ gentilẽ dimiserit cã fornicatõis vel fm̃ ꝓsuetudinẽ gentilium vel alia iusta cã. si postea fact⁹ est xp̃ianus in potestate sua erit eã habere vel non habere de ꝓsilio apli Sequẽs. c. pz.

Vxor legitima Hu. intelligit hc. de impari ꝓiugio. Est ergo casus. Duo erant infideles vir t vxor: vir ꝓuersus ẽ ad fidem: vxor remanẽs infidelis nolebat habitare cuz viro: vel nolebat aliter habitare nisi traheret ad mortale delictũ volens euz peccare mortaliter. querebat̃ ab aug⁹. vt z vir licite possit vxorem infidelem dimittere Et respondet q̃ sic. Nam membruz quod eum tam fortiter scandalisat amputabat t a se eiecit. Ricego bar. brixien. hunc casuz credo esse ponendum. et qõ de dispari coniugio intelligatur inuũt hec verba Lsi cuz viro christiano] t illa etiaz Lante baptisma] Sed bñ. dicebat t quidaz alij q̃ vbi vter q̃z infidelis est t alter compellit alterum ad quodlibz mortale peccatũ licite dimitti p̃t ab instigatoz̃ neuter ad secũdas nuptias transibit. secus in dispari coniugio. vt infra. e. q. ij. si infidelis Lnon attendit] sic exponebat hoc verbũ qualitercũq̃ casuz ponas Lnõ] id est nonne

Idolatria Hoc. c. fm hug. intelligit õ dispari cõiugio sicut et precedens: t intelligitur in eodem casu cũ illo. Est ergo casus fm̃ euz sic ponẽdus Hoc. c. diuidit in duas ptes In prima dicit q̃ vxor p̃t dimitti causa infidelitatis domino p̃mittẽte. sed quia nõ iussit

dominus: potest quis uxorem suam infidelem retinere si voluerit: vt sic forte posset p eum fidelis fieri. In secunda pte extendit fornicationem ad qlibet mortale pctm siue delictum: vnde uxor infidelis dimittit si velit viz fidelem trahere ad aliquod mortale pctm: cum qlibet mortale pctm large fornicatio dicat Lquo J. i. vt. Hcda pars incipit ibi L Item hiero. Q aut de dispari ꝯiugio intelligat vt dicit. Ab. innuunt ẏba .ca. z hec verba augi. ponunt sup locum illum apli vbi tractat de impari ꝯiugio. Ben. vero z quidam alij intelligunt hoc ca. de pari ꝯiugio. Unde ben. sic casum breuiter ponit dicens P. primo ondit aug⁹. qꝫ omne mortale pctm potest dici fornicatio. Hcdo qꝫ ꝓ quolibet mortali pctō potest uxor dimitti. cum dns indeterminate pmiserit uxorē cā fornicationis dimitti posse. z hoc ratōe duplici. qz in detestationem eius que fornicatur. z ad cautelam sui ne fornicet z corrumpatur ab ea.

Non solum Dicit hic qꝫ uxor licite dimitti potest: non solum ꝓpter fornicatōem carnalem: sed etiam ꝓpter spūalem scz ydolatriaz vel infidelitatem. z si uxor in his pseuerauerit: vir nisi eam dimittat particeps est illius peccati. z potest hoc. c. intelligi f̄m. h. z Beneuen. de pari vel impari cōiugio. qz ꝓpter fornicatōem carnalem uxor fidelis vel infidelis dimittit

Si infidelis Dicit in hoc. c. qꝫ licite dimittitur uxor infidelis si cum viro fideli voluerit habitare. nam cum ista ꝯditō apponitur vt fidem dimittas: si cum tali uxore voluerit habitare Fides cū seruanda est z uxor penitus relinquenda. Idem intelligendū est de parentibus z filijs. fratribus z sororib⁹. z de qualibet alia re

Jamnunc Super his verbis apli. ego dico non dns vt fidelis non dimittat infidelem volētem habitare cum illo: dissenserunt pollentius z aug⁹. Nam pollentius exposuit hoc verbum. dico id est precipio. Aug⁹ vero exposuit hoc verbum dico de ꝯcilio z non de precepto. vnde dixit. dico id est ꝯsulo z suadeo. Est ergo casus f̄m. Ab. talis in hoc. c. Ostendit aug⁹. illud verbū apostoli esse intelligendum de ꝯsilio. z quare apostolus ꝯsulat vt scz fidelis non dimittat infidelem subdit ratōnem. scz vt ex cohabitatione infidelis ꝙuertatur. quod potest ꝓuenire qz sepe iam talia ꝓtigerunt. Posset obiici ea que sunt ꝯcilij z non precepti potius esse facienda cum sint gratiora. exemplo domini soluentis tributum: ad qđ nulla lege astrictus. z exemplo apli a sumptibus quos de iure poterat exigere z recipere abstinentis. Idem ostendit ea que sunt concilij esse facienda. Literaz sic ꝓtinuat. h. Hactenus tractauimus de pari ꝯiugio. i. fideli: sed amodo videamus de impari

Hic enim In hoc ca. disputat adhuc augl. super hisdem verbis apostoli. ego dico non dns. z suum ca. distinguit in tres partes. In prima ponitur expositio augustini z probatio vel ratio expositionis. z hoc facit vsqꝫ ad locum illum Lquoniam ergo J. In secunda cum illum Lquoniam ergo J. Ingreditur ponunt tres responsiones Augustini ad tres tacitas questiones pollentij. z hoc facit vsqꝫ ad locum illum Ltu vero cui J. In tercia continetur superficialis expositio pollentij z expositōnis probatio. z tandem sequitur augustini victoriosa sub epilogo cōclusio. z hec particula extenditur vsqꝫ ad finem §. Licet autem iste casus ita breuiter ꝓpositus. §. Licet autem iste casus ita breuiter ꝓpositus. uerit poni. Ab. tamen z Beneuen. in quolibet particula singularem casum ponunt. In prima ergo parte sic procedit augustinus dicens. Si dominus iussisset: hic non esset locus consilij monentis apostoli. Si enim dominus hoc preciperet: apostolus errans. um non consuluisset. Dominus autem non iussit fidelem dimittere infidelem. qꝫ iustus cia. i. deus iustus pmittit retinere: nec vult. vnde apostolus retinere ꝯmonuit. Infra cunda parte respondet tribus obiectōibus pollentij que non sunt in litera: sed ex positionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima est. Si dominus non iubet nec vetat uxorem infidelem a fideli dimitti. ergo vacuum et superuacuum est apostolicum

lium quo monet non dimitti. Rñdet aug⁹. imo sibi vtile est qđ aie expedit: z qz p inspiratõem spũssancti hoc dixit.

¶. Ita sane Dicit rñdet Aug⁹. scđe obiectõi pollentij que sic formak. Quare non dixit hic apl's o augustine qui dimittit bene facit: et qui non dimittit melius facit sicut alibi dixit qui dat filiam suam nuptui bene facit. et qui non dat melius facit. Rñdet aug⁹. Hideo quia ibi vtrũqz expedit. Primũ mun⁹: scõm dimittere ita est licitũ q tñ vnũ scz posteri us est expediens

¶. Hi autem Hic est rñsio ad tertiã obiectionem pollentij que talis erat. Cum dixit apl's ecce ego dico si circũcidimini xp̃s vobis nihil proderit. sed ibi ponit hoc verbũ dico preceptiue: q̃re non similiter z hic. Sed aug⁹. rñdet dupliciter. Primo sic dicit eñ non est absurdũ si etiã ibi p monitorie z de cõsilio loquit apl's: licet de precepto quilibz ad illud cogat. Sepe eñ monem⁹ humiliter caros nr̃os vt faciant ea que sunt precepti. et hoc fecit apostolus parcens eorũz infirmitati. Secundo dicit q non est mirandum sed ibi ponit preceptiue. hic vero p monitorie. quia ibi dicit: ego dico simpliciter. hic vero ego nõ dñs. [Tu vero] Hic incipit tertia ps in qua ponit expositio pollentij z rõsue expositõis. Dicebat eñ dico id est precipio z non dñs dicit. id est precipit. Nam si dominꝰ preciperet vt fidelis nõ dimitteret infidelem esset sibi ꝯrarius. q̃ veteri testa. diuigia fidelium z infidelium prohibuit dicens. non accipies tẽ. Sed oppo nit aug⁹. Ergo fm hoc apl's est ꝯrarius veteri testa. z dño magistro suo. Hz huic oppositiõi rñdet pollentius dicens: q in alio casu loquitur prohibitio dñi in veteri testamento. z in alio apl'i preceptum. Illa enim loquit in matrimonijs ꝯtrahendis. Ista ꝯiam ꝯtractis. Prohibet etiã dñs ne diuerse religionis diuigia ꝯtrahant. prohibiz aũt apl's ne talia diuigia iam contracta dissoluant. et sic apl's non est ꝯrarius dño. Sed replicat augustꝰ. dicens sibi placere q dicit apostolum non esse ꝯrariũ domino nec veteri testõ. z ita ꝯcludit q illa nõ est bona rõ quare dominus non precepit quia essz cõtrarius ei qđ dixerat in ve. test. qđ falsuz est cum ibi intelligatur de coniungendis. hic vero de iaz diũctis. z ita si aliud precepissz ibi z aliud hic non essz sibi ꝯrarius. et quia non est bona rõ nec aliaz vales inuenire patet q tua expositio nulli⁹ est momenti. et sic pollentio victoriose ꝯcludit Libi agitur. id est in apl'o

¶. Contra inuenitur Dictũ est supra q fidelis potest retinere infidelem volentem habitare cuz illo sed tolk. ꝯciliũ dicit ꝯtra. Sed hoc specialiter est de iudeis statutum. et que sit causa in sequenti. c. subnectit.

Judei qui Dicit in hoc. c. si iudei vxor ꝯuertatur ad fidem admoneri debz vir vt ipse similiter ꝯuertatur. qđ si noluerit ipsa debz ab eo separari. filij vero ꝯmunes apud eũ parẽtẽ qui fidelis est debent nutriri. Sequens ¶. pz in quo reddit rõ q̃re aliud sit in iudeo q̃z in gentili

Judeorum Dicit hic q filij iudeoꝝ ad fidem ꝯuersi ne a parentib⁹ corrumpant: debent separari ab eis z nutriri vel in monasterijs vel apud mulieres xp̃ianas vt in moribꝰ et fide proficiant

Sepe malorũ Statuit h̃ vt iudei ad fidem translati non cõicent cum hebreis: ne corrũpant ab eis. quoniam sepe malo ꝝ ꝯsortia bonos corrumpunt: qđ si fecerint: castigent z hebrei cedibus deputent. Ldonentur. non vt serui eorum fiant. sed vt disciplina regatur ab eis. Sequens. c. planum est per se

Omnes deinceps. Statuitur hic vt omnes xp̃iani vitent cõsortia z ꝯuiuia iudeoꝝ. Nam cũ ipsi xp̃ianorum cibis non vtantur indignum est vt xp̃iani eoꝝ cibis vtantur ne inferiores essꝫ ciantur.

¶ Ex his Iste .§. diuidit in quatuor ptes. In pria cōcludit gratianus ex supradictis matrim esse inter infideles. In scōa pte exponit illud apli Omne qđ non est ex fide &c. i. omne quod fit ptra ꝓscientiam edificat ad gehennam. Vel sic. i. omne qđ non fit ea mente vt valeat ad salutem apud deum inutile reputatur In tercia parte exponit illud august. Non est vera pudicicia infidelis hois cum ꝓiuge sua. i. nō est inter illos illa pudicicia que ducat ad vitam eternam. qđ probat per similitudinem sacramentoꝝ que tractant ab hereticis. In quarta parte exponit illud Ambro. dicentis. non est matrimoniū qđ extra dei decretum factuꝫ est: dicens q hoc intelligit de matrimonio cum cōsanguineis vel affinibus. Secōa pars incipit ibi Illud vero. Tercia ibi Item cum dicit. Quarta ibi Item illud.

Caue Hoc ca. satis planum est. precipitur enim hic ne xp̄iana nubat gentili. iudeo vel heretico: cuz ambo. s. vir & vxor debeant esse ꝓsecrati baptismatꝫ sacramento. i. vnctione

Non oportet Dicit hic qđ nullus p desponsatōem debet filium suum vel filiā tradere homini aliene fidei ad cohabitandum sed potius infidelem in domum suam assumat si se catholicum futuꝫ promittat. Sequens c. planū est & p te videbis

¶ Item illud Gratianꝰ oñdit in hoc. §. vel exponit verbum qđ positum fuit supra. ea. q. §. i. in fine. non est ratum ꝓiugium qđ sine deo est: faciens trimembrem diuisionē vel distinctōnem matrimonij: dicens aliud esse legitimū & non ratum. & aliud ratū & nō legitimuꝫ. & aliud legitimum & ratum. & de quolibet membro exempla supponit que facile p te videbis

Questio II

Quod vero Dicit intitulatur. ij. questio in qua quid uꝝ sit satis pz ex his que dicta sunt in prima questione. & ex distinctōe que colligit in questiōe prima. & ex illo ca. si infidelis. qz si infidelis noluerit habitare cum ꝓuerso ad fidem: vel voluerit habitare cum ꝓumelia nominis christiani vel vt traheret eum ad mortale peccatum licite ꝓtrahit tūc ꝓuersus.

Si quis Dicit in hoc ca. qđ si gentilis ꝓuersus ad fidē vxorem habuit infidelem volentē secum habitare: ea viuente cum alia ꝓtrahere non pōt. Crimina eñ in ꝓiugio dissoluunt & nō matrimonia Sequens. §. pz

Si infidelis Dicitur hic q si ꝓuersus ad fidē vxorem habuit infidelem que odio christiane fidei voluerit mozari cum ipso: licite pōt se alij copulare. ꝓumelia enim creatoris soluit ius matrimonij: cum non sit seruanda ꝓmissio ei que ipm audire ꝓtemnit.

¶ Hic distinguendū Gratianus bene distinguit in hoc. §. dicens q si alter ꝓiugum fuerit ꝓuersus ad fidem infidelis voluerit ei cohabitare: fidelis altero viuente ꝓtrahere non poterit. si autem infidelis noluerit cohabitare fideli & tunc fidelis infideli viuente potest cōtrahere. Si autem vterq est conuersus ad fidem. vel ab initio vterq fuisset fidelis: licet alterum a fide discedat: alter tamē nullo modo contrahere potest. qz ratum fuit matrimonium inter eos.

Questio III

Utrum vero Dicit intitulatur tercia questio: in qua quid iuris sit dictum est supra. xxvi. dist. & miruꝫ fuit quare magister hic eam refricauit. Et scias q hieronimus ꝓtradicit augustino & innocentio & multis alijs sanctis patribus. sed certo ꝓiudicat hiero. nec valet qđ hic dicitur ab eo. Sequentia. c. p te videbis. quia similia habuisti supra. xxvi. dist.

Causa XXIX.

Vidaz nobi=

li. Tria sunt imparia coniugia: vnū est de fide dispari de quo tractatū est in precedenti causa. Aliud est de diuersitate ꝺditionis scz cū liber ꝺtrahit cuz ancilla: vel libera cū seruo. de quo in hac cā tractat. Tertiuz est cuz vn⁹ est maior z alter minor. de quo tractat in causa sequenti. Tractat igit magr in hac cā de errore cōditionis z quis error impediat mr̄imoniū. Et vt hec z alia ꝺpetenti⁹ faciat premittit thema: de quo duas elicit qōnes

Questio .I.

Vod autē

